Vitam immortalem victuros esse 52, 34. ut dies vitae in pace 53, 17. maiorum immunes 54, 12. et haeredes vitae aeternae 77, 27. ii qui ab idolis et idolothytis abstinentes, et improbis operibus 54, 10. idololatriam respuentes 77, 12. confisos autem creatori suo 54, 11. ad verum cultum veracis Dei nostri accedant 77, 13. qui, cum Patre et Spiritu sancto veniens ipse mansionem in iis faciat 77, 14. — Patri et Filio et Spiritui sancto semper supplicandum et gratias agendum 59, 31. in solum unum creatorem, cujusque corda et renes scrutantem, intenti 53, 5. soli ei sacrificium laudis offerentes, prosternant se vesperi, et mane, et meridie 53, 6. saeculares cupiditates dimittant 77, 11. dolum et tenebras ex corde excutiant 77, 16. recipienda in animas fortitudine et illumiuatione 77, 18. verbi stricto gladio cupiditates carnales ex corde

resecent 77, 22. puri fiant et perfecti, insontes et irreprebensibiies Deo nostro 77, 24. castos se reddant, et doctrinae Apostoiicae ne obiiviscantur 77, 26. eleemosynas faciant peregrinis et servis 53, 12. caritatem sinceram et mali immemorem omnibus conferant 53, 13. et obedientiam bono 53, 14. opera enim poenitentiae (μετανοίας) ostendenda esse 53, 11.

Legem esse eam, ut quod sibi quisque non fieri veiit, ipse nemini faciat, et quod ipse oderit, eo in alios abstineat 53, 8. exempium, Quod vos odistis, quare aiils praebetis? 57, 28. tu vapulare non vis, ergo qnare plectis? 57, 31. *Eadem hic Andreae origo justitiae et rationalis via educendae datur, ac fratri in Clementinis Petro.* — Inter crimina etiam refertur, terminos sistere, et urbes aedificare 62, 2.

Viam Cbristi hanc esse, lnjurias pati, non reddere. non nugari, nec mentiri. incessanter orare 72, 15. curam animae babere, corpus vero contemnere 72, 13. castum, continentem, virginem esse, et mente jejunum 72, 14. quod nxor, sponsa castitate, maritum ad se non admittat 72, 20. quod sit Deus timeudus, carni vero non providendum de iibidine 73, 10. quae sustinendis tribuiationibus fides firma probetur 73, 1, — Caeiestis semita ambniatnr spe regno coeiorum fruendi per afflictiones et iabores muitos 45, 6. ant in Ascetarum venerabiiium tranquiiiitate, et fuga saecularium, et corporis castitate 45, 11. ant in Martyrum iuctis, et adversus Diaboium certaminibus, gnavis facinoribus, et miracuiis 45, 9. — Martyres in suppliciis immunes tormento esse propter amorem erga Cbristum 77, 3.

Martyris exempium. cujns quae laudem faciunt, naturales sunt animi virtutes octo 77, 34. qni, quum judice, qui condemnavit, absoivi possit, recusans mori vnlt 79, 14 sq. et ubi jam decretum est, ut vitae reddatur, Deum implorat, qui consilium prohibeat 80, 17. eos qui vivum gaudent receptnri, notat Cbristianos, quod ad terrena propensiores, his alligati adhaereant, amore carnis teneantur, saecularibus et temporaiibus operam dent per ignavam infidiam 79, 5 sq. judici diras imprecatur, vindictae trudens ignis inferni, 80 6 sq. διὰ τὴν θηριώδη αὐτοῦ γνώμην καὶ ἄνομον πολιτείαν 81, 7. eamqne, quod uxorem, postquam effecit, qui baptizaverat, ut castitatem virginalem Deo voveret, maritum non amplins agnoscens, ilia et tota sua domus 72, 27. quum caritate conjugali ipse nuiio modo flectere posset, judex constitntus, anctorem mortis damnavit (v. sub 13).

6. Sacrae Scripturae.

Aliegantur ὁ εὐαγγελιστὴς, Matthaeus 24, 9. Lucas 39, 10. Joannes 36, 6. iterum Matthaeus ὁ θεσπέσιος 25, 16. Lucas ὁ θαυμάσιος 28, 2. Joannes simpliciter ὁ θεολόγος 37, 10. uti semper Baptista Joannes simpiiciter ὁ πρόδρομος 4, 24. cett. Pauius vero ὁ μακάριος 40, 23. semei de Ponto et Gaiatia Petrus ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ 47, 13.

Gen. 4, 12 ἐκ τῶν ὁ sumtum, στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, quod tremulus factus Caïn, ori nec victum, neque uiium corporis membrum potuerit per dies vitae adbibere 61, 18. — Gen. 4, 15 indidem, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, septem poenas, quas Caïn vita diuturnus daret, surreptnrum fuisse, qui enm trucidavisset, τῷ Abel, quin bic snmeret 61, 23. Hinc ab ingenio Judaïco confictae, quas luerit, peccata septem operatus (60, 25. 27. 28. 29. 31. 33. 61, 5. primum, qnod primitiarum comedisset optimas, antequam offerret) septem poenae (61, 9. 11. 12. 14. 15. 16. 20. tertia, nec die nec noctu operam cessare. quinta, anxium gemere incessanter. sexto, tremere toto corpore) 60,

23. — Gen. 6, 2 Filios Dei filios fuisse sancti Enos, filias vero Hominum filias τοῦ Caïn, quae illos (ait Judaïcum ingenium) patria scelera docuerint 61, 31. *Patres plerumque Angelos Dei apostatas intellexerunt, et prolem supranaturalem.*

Hesek. 44, 2 ἔσται ἡ πύλη ἡ κατὰ ἀνατολὰς κεκλεισμένη, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, εἰ μὴ Κύριος μόνος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ cett. αὐτὸς μόνος εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται δι' αὐτῆς· καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. quod S. Deipara a consortio viri usque ad ipsam concupiscentiam immunis ab initio fuerit 22, 14. — Luc. 1, 34 πῶς ἔσται μοι τοῦτο; ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω, quod viro non in matrimonium, sed ad virginitatem servandam juncta sit 20, 4 sq. sed etiam alium, tamen non adversum illi sensum praebere, Se nec habere, nec novisse carnis concupiscentiam erga virum 22, 8. — Luc. 1. in Annunciatione Angelum Gabriëi, quot descripta in Evangeliis sint de unigenito Filio Dei, mysteria Virgini manifestavisse 21, 7. — Luc. 1, 39 ἔδραμεν (loco ἐπορεύθη) εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς, quum Judaea altior quam Galilaea sita sit, significari Bethlehem urbem 23, 10. — Matth. 1, 19 quod gravidam esse Joseph sentiens Virginem jungere sibi clam noluit, esse, Quod junctam sibi expellere domo sua voluerit (v. fabulas sub 9) 24, 5. — Matth. 1, 25 οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, quod profunda Dei mysteria in ea perficienda ille non cognovisset 21, 14. *non patefacta sibi a Virgine. quae ibidem legis illi divinitus patefacta. Josephum fabulae deprimere satagunt.*

Genus Virginem omnes Apostoli (Luc. 1, 27. Hebr. 7, 12.) a Davide ducere ajunt 13, 14. sed paucis de ea factis verbis, illico transierunt 13, 12. *ita dispensante Spiritu Sancto* 13, 13. *dictante Scripturas. nempe, ut nisi quod ad Christum pertinebat, de Matre non scriberetur.* — Genealogiam Christi Matth. 1. et Luc. 3. esse Josephi utramque, et congruenter. quum parens Lege Mosis creetur liberorum, liberique parentis 15, 27. Esse hanc. Joseph filius natura τοῦ Jacob, lege τοῦ Eli. defuncti enim Eli uxorem duxit Jacob, et genuit τὸν Joseph. Atqui Eli filius natura τοῦ Melchi, lege τοῦ Matthan. defuncti enim Matthan uxorem duxit Melchi, et genuit τὸν Eli. Ergo Joseph filius lege τοῦ Eli, qui filius natura τοῦ Melchi, qui τοῦ Levi, denique τοῦ Nathan fuit. Atqui Joseph filius natura τοῦ Jacob, qui filius natura τοῦ Matthan, denique Salomonis fuit. Ergo Joseph filius lege τοῦ Nathan, natura Salomonis (de Matthan v. sub 9) 15, 10 sq. legit enim Luc. 3. τοῦ Μελχὶ loco τοῦ Ματθάτ 15, 9. Proinde Mariam, ut ea quoque ex tribu Juda et semine David esse patescat, ei cui desponsata esset, Josepho patruelem fuisse (v. sub 14) 15, 4. 16, 4. eam vero Mariam, quae soror fuit Matris Jesu, ἡ τοῦ Κλωπᾶ Joh. 19, 25 id non fuisse, sed filiam Josephi, uxorem vero Clopae, fratris Josephi (v. sub 9) 37, 10.

Magos Matth. 2. in testamentis Dei peregrinos 25, 20. venisse, ut Joseph et Maria, item omnis Jerusalem et Herodes audirent, quis sit Christus natus, et cur natus inter homines sit 25, 22. — Inde quod Magis venientibus, Matth. 2, 11 Jesus παιδίον, non βρέφος, et diversorium οἰκία, non stabulum vocatur 25, 16. consequi, eam rem aliquanto post partum evenisse 25, 2. et parentes, non amplius in stabulo divertentes 25, 14. κατὰ ἀπόκαμψιν illuc venisse 25, 17. — Pro consensu Matth. 2. cum Luc. 2, Mariam et Joseph, postquam natus Christus die octavo circumcisus fuerit, reversos esse Nazaret. completis autem Legis 40 diebus, Filium Hierosolymas adduxisse ad Dominum 26, 1. et ibi evenisse id quod Joseph

acceperit, fugiendi ab Herode oraculum 26, 5.

Ut Hierosolymis mitterent ad Jo. Baptistam, evenisse altercantibus inter se summis sacerdotibus, utrum Christus ille esset nec ne 30, 13. — Summos Judaeorum tunc temporis sacerdotes singulis annis alteri alterum successisse, sacerdotio sibi largitionibus comparato 35, 22. *ex loco, ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου Joh. 18. sed hinc, uti ex plurimis similiter, patet, eum qui extra Scripturas scire voluit, quid sciret, ex Scripturis sumsisse. quod est Apocryphorum. qui Apocryphorum enim extra Scripturas sciunt non ex Scripturis, ii quidem homonymi sunt, sed ab illis prorsus alieni ac divisi. quod discrimen hic non moveatur. Noster vero, si extra illas scivisset, utique vera sciret. res enim verae sunt. sed falsum est. et accidit ei quod multis, qui a nudo sono verborum seducuntur. poteris illud ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα Luc. 3. usque per 7 annos idem invenire in Scripturis. v. etiam Herodianos sub* 23.

Jesum, die octavo, postquam baptizatus sit — ait Marc. 1, 2 *εὐθύς*. Matth. 4, 1 *τότε* — in desertum tentationis ductum esse 30, 25. desertum Jordanis 30, 26. (ex Luca 4, 1) — domum redeuntibus discipulis ejus, Petro et Andrea, ad piscaturam 46, 18. — Revertisse Jesum post 40 dies illos ad Joannem. a quo inde die numerante Ev. Joanne (1, 12 *τῇ ἐπαύριον βλέπει*) edita esse quae apud eum Baptistae sint, de Christo testimonia 31, 1. — et vocatos ab eo (1, 35 *τῇ ἐπαύριον πάλιν*) Petrum et Andream omnia dereliquisse 46, 21. — Tertiam vero *τὴν ἐπαύριον* Joh. 1, 44. ex quo Jesus Joannem captivum audierit, quasi propterea inde profectus in Galilaeam 31, 19. — Cum tribus discipulis, Andrea, Joanne, Simone, profectum, in Galilaea Philippum (*τὸν ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλ.* Joh. 12, 21) et Nathanaëlem (*τὸν ἀπὸ Κανᾶ τῆς Γαλ.* Joh. 21, 2) vocavisse 31, 21.

Quae apud Joh. 5, 2 est *ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα*, ea ipsi cum Chrysostomo aliisque graecorum latinorumque et Vulgata legitur *ἡ προβατικὴ κολυμβήθρα*. cujus quae quinque, in Joanne porticus sint, *βήματα* esse, et hodie Hierosolymis 2, 24. — Expiationis dies dicitur *τὰ ἐγκαίνια τῆς σκηνοπηγίας*, atque *ἡ κατάπαυσις τῆς κιβωτοῦ* 21, 25. lectio, *τὰ ἐγκαίνια* simpliciter 21 nota 9. et simpliciter *τῶν ἐγκαινίων* 16, 18. *forte ut festum illud Joh.* 10, 22 *sanctius reddatur.*

Qui dixit, ut sibi patrem liceret antea sepelire Matth. 8. Luc. 9. quis fuerit quid agens, v. sub 9. — Id quod collatis locis Matth. 27, 56. et Marc. 15, 40, si libet, colligas, matrem filiorum Zebedaei fuisse Salomem, sic habet, Salomem Zebedaei uxorem 33, 3, — Eam sedes Christum rogavisse filiorum ab eo proximas Matth. 20, 21. quia filiorum amans, in Evangelio crediderit terrenum regnum promitti 33, 5. — Matth. 26, 18 *ὑπάγετε πρὸς τὸν δεῖνα*, patrem familias innuere eum, qui, Joanne a latere Christi usque ad crucem non redeunte, ipsius loco domum ejus obtineret (v. sub 9) 36, 14. — Joh. 18. *γνωστὸς ἦν τῷ ἀρχιερεῖ ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος*, quod domus suae dimidiam ille Summo sacerdoti habitandam dedisset (v. sub 9) 36, 6. — Joh. 19, 27 *παρέλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς [ἐκεῖνος καὶ ἤγαγεν] εἰς τὰ ἴδια*, innuere τὸ ἴδια s. Sion domum Joannis Ap. (v. sub 9) 36, 27.

1 Cor. 15, 6 *ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς εἰς ἅπαξ* (loco *ἐφάπαξ*) id velle, Matri vita exeunti Christum adfuisse cum Gloria 41, 4. *et tamen, quod ipse noster* 24 *annis antea evenisse ait* 40, 25. *est quod in loco proxime subsequitur, illud ἔσχατον δὲ πάντων apparuit et mihi Paulo.* — Gal. 2, 2 *ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν*, id velle, se tunc quidem *Ephesi* fuisse, raptum vero inde Hierosolymas dela-

tum, propter supremum diem Deiparae 41, 1.

7. Confusae rationes in actis S. Scripturarum.

Mosen et Aaronem, obvelata arca foederis, populum ad Sinam montem perduxisse 7, 18. *quasi ante habuissent quam fuerit.* — Templum Hierusolymis integrum in ipsis suis iisdem parietibus existere, quod Nebucadnezar exusserat 2, 27. *Saracenorum quidem, sed quo pacto simpliciter ut illi, Salomonis appellat?* — Festo tabernaculorum Christum nummularios et venditores templo ejecisse 34, 18. *quod Passate, primo et ultimo, operatus est.* — Apostolus, eo sanatu, qui claudus ex utero matris erat, publice flagellatos esse 46, 31. *nisi τὸ μετὰ ipsi largiaris diutinum.* Sed tamen, Flagellatis App, Simonem et Andream profectos Antiochiae fidem coudidisse 47, 1. *qualia ante S. Stephani martyrium non evenerunt, Act.* 8, 4. 11, 19. *v. sub* 9. — Tribus annis post quam baptizatus sit, S. Paulum praeconii sui initium fecisse 40, 21. *contra Gal.* 1, 16. 17. 18. *sed convenienter cum falsis olim App, qui Apostolatum S. Pauli ab auctoritate Jacobi et Petri pendere volebant. v. infra, et Ap. Andreae discipulos tres Apostulos sub* 9. — Quod ajat, μετὰ δεκατέσσαρα ἔτη ἀνελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα Gal. 2, 1. eum exinde repetivisse, quo anno Athenis ipsius Evangeliu Dionysius Areop. credidisset 40, 23. *ut quam maxime annus ille* 14 *promoveretur, qui ad denascentem Virginem pertingere posset. vere illo anno Athenas immo nondum viderat Apostolus.*

Abrahae Melchisedek benedixisse apud fontem loco, qui a Tiberiade 16 milliibus, et duobus a Nazaret distaret 9, 27. *id quod factum esse constat Gen.* 14, 18. *in confiniis Hierosolymorum.* — Patris sui Jacob fastigium virgae adoravisse (Hebr. 11, 21.) in salutando Joseph patriarcham, immigranti occurrentem in loco, quo sit castrum Pharme in confinio terrae sanctae non procul ab Ascalone situm 5, 15. *quum quae Gen.* 47, 31 *traduntur, aeque ac quae in loco ad Hebraeos, in terra Gosen gesta sint, et sub mortem patris.* — Reliquias Innocentium infantum prope Hierosolymas recubare in specu 4, 21. *quorum apud Bethlehem evenerat martyrium. sanctam urbem intellexi non hanc, sed illam, in locorum rationibus sub* 18 *et* 20 *et hic.* — Domum Ap. Petri, in qua socrum ejus sanavit Jesus (Matth .8. Marc. 1. Luc. 4.) Bethsaïdae fuisse 32, 3. *quae fuit in Capernaum, sed quia in Evv. Petrus et frater Bethsaïda oriundi sunt.* — Samaritanae mulieri Jesum (Joh. 4.) colloquutum esse a mari Tiberiadis ulterius in septentrionem 11, 24. — Ficum, quam Christus exsecratus est (Matth. 21. Marc. 11.) quae exaruit, eam fuisse, sub qua Nathanaëlem vidisset Joh. 1. eamque jactu sagittae distare a Nazaret 9, 29. *quum tantidem fere Hierosolymis distiterit.* — Littoris maris Tiberiensis, quo locu Christus, postquam resurrexit, cum Apostolis mane de pisce asso manducavit, esse quo Petrus quondam, illo jubente, in mari ambulavisset 11, 27. *qui fuit in medio mari, sed forte appulsum navis eundem utrumque ratus.* — Christum in coelus assumtum esse in monte, ab oriente, si antecedentia spectas, τοῦ Nazaret, si subsequentia, Hierusolymorum sito, monte olivarum 10, 5. *Ter in uno contextu mire quae apud Hierosolymas evenerunt, in Galilaeam transfert, miscens cuique suam rem alteram in Galilaea vere actam. Melchisedek, quod Abrahae obviam ivit, eum quidem cum re apocrypha Galilaeae (v. sub 8). ficum, quam Christus exsecratus est, cum altera vera Galilaeae. et in Christo, postquam a mortuis resurrexit, montem Galilaeae, ubi Apostolos gentibus terrarum ordinavit, cum monte olivarum,*

in quo in coelos ascendit. de monte v. sub 20. *Ut vero a monte olivarum transferat, causa sane apocryphum dogma, Christi Ascensum in monte Galilaeae evenisse (v. sub* 8). *res sic quidem explorata est, alias dubiorum ferax. sed quaenam iterum res subest mirae illi translationi et mixturae sibi ter constanti? sane Scripturae apocryphae, non quam nos auctori dederimus, confusio in rebus.* — Quomodo Templo Hierosolymorum Effusionem Sp. Sctl, et in genere Ecclesiam apostolicam proscripserit, v. sub 10.

Miraculum Jesu, quo populus coenatus est ex 5 panibus et 2 piscibus, factum loco medio inter Capernaum et Magdalam 9, 18. iterum, factum loco a mari Tiberiadis remotiore versus septentrionem, piscibus tamen in hoc non commemoratis 11, 20. *quasi quae duo sunt Marc.* 8, 19. 20. *idem bis factum sit. quaecunque autem in locis circa mare Tiberiadis confunduntur, a confuso ipsorum lacuum situ, illius et superioris Merom pendent. quod v. sub* 19.

Zachariam Prophetam (Matth. 23, 35) trucidatum in templo priore, sive Salomonis 2, 26. *id est, fuisse eum, qui est* 2 *Par.* 24, 21. et eundem in templo altero trucidatum (quod Romani deleverunt) et patrem fuisse Jo. Baptistae 26, 20. — Jesum ab Iscariota proditum esse in loco, qui sit τὸ λιθόστρωτον 2, 31. (Praetorium Pilati τὸ Γαββαθᾶ Jo. 19, 13.) atque proditum esse *in* Horto 8, 16. — Uxorem Chuzatis, procuratoris Herodi, quae fuit Joanna Luc. 8, 3. fuisse Salomem 34, 10. Joannam vero quibusdam uxorem Ap. Petri vocari 37, 8. lectio, aliis matrem Clementis 37 nota 5. *vide hic Petrum adeo cum Clemente conjunctum, ecclesiasticam Clementinoram existimationem.*

Myrigerae numero septem — Maria Magdalena — Salome — Mater filiorum Zebedaei — Maria Jacobi minoris mater — Maria Joses, fratris Domini, dicta mater, quod educarit eum — Joanna — Maria uxor Clopae, filia Josephi 37, 3. Quibus moniales devotas v. sub 17. *Sunt αἱ μυροφόροι illae sanctarum feminarum, quae Jesum sequutae ex Galilaea inde, Hierosolymis passionem ejus coluerunt, resurrectionem primae viderunt. quarum trina mentio est in S. S. quod Crucifixo procul adstabant, quod Sepulti e regione sederunt, quod myris paratis, Sabbatum quiescentes, illucente Dominica die sepulcrum valde mane adierunt. quas omnia* 4 *Evangelia celebrant. sunt Maria Magdalena, Maria Jacobi minoris et Josis mater Marc.* 15, 40. *eademque ἡ τοῦ Κλωπᾶ Joh.* 19, 25. *tertia, mater filiorum Zebedaei Matth.* 27, 56. *eademque, ut videtur, Salome Marc.* 15, 40. *quarta, Joanna Luc.* 24, 10. *eaque Chuzatis uxor Luc.* 8, 3. *praeterea αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς Luc.* 24, 10. *jam enim in Galilaea commemorantur et Susanna, et aliae multae Luc.* 8, 3. *praeterea etiam ἡ μήτηρ αὐτοῦ Joh.* 19, 25 *eatenus quod cruci adstabat. Quae si ita sunt, vide quomodo ille noster, quisquis fuerit, nec plures nec pauciores quam S. S. adferens, quae quatuor sunt, septem habeat. nudis enim nominibus dinumeratis et connumeratis, non sincere, septenarius evadit. eadem Maria ἡ τοῦ Κλωπᾶ, atque ἡ τοῦ Ἰακώβου, atque ἡ τοῦ Ἰωσῆ. item eadem Salome, et, si modo ita est, mater filiorum Zebedaei. ex his igitur nominibus, septem erunt personarum. sed quo pacto Scripturas discerpserit, videndum. locum Marci* 15, 40 *in duo divulsit. tertiam adhuc Mariam excussit, ficta sumtione, quod Deipara sororem non habuisset (v. sub* 9). *Salomas vero duas facit, altera quadam, irrisor Judaeus, obstetrice fingenda, tam hic, quam ubi utramque Deiparae consobrinas facit* 24, 19. 23 — *quae enim est ἐξαδέλφη τυγχάνουσα καὶ αὐτὴ τῆς ἁγ. παρθ. Salome*

obstetrix **24, 23.** *eam quae modo praecessit, Salomen ἐξαδέλφην τῆς θεοτ.* **24, 10.** *alteram demonstrat. quanquam praeter unam consobrinam obstetricem, alteram ullam nominis ejus non admisisse videtur* **16, 10.** *Ecce viam, qua Apocrypha ex Scripturis hauriuntur!* — Eum qoi apod omnes Evangelistas est Jacobus Alpbaei, Apostolos, Jacobom fuisse, fratrem Domini. et eum, qui Apostolus, apod Lucam Judas Jacobi est, apud Marcum Thaddaeus, et apod Matthaeom Lebbaeus cogoomine Thaddaeos, Jodam fuisse fratrem Domiui alterum **28, 14. 35, 10.** *modo ut possit Jacobus frater Domini, qui Apostolus non fuit, Apostolorum princeps vocari* **39, 12. 44, 16.** *tanquam Apostolus non solum, sed etiam ἀδελφόθεος* (v. sub 5). *atque vero, ut quasi numerus ignorantiae diminueretur in Apostolis, probro enim erat. et tamen, pari modo atque in Myrigeris, nomine idem recurrit, qui in Scripturis vere Thaddaeus est, alter persona* **53, 23. 67, 14.** *scilicet discipulus Apostolorum. sic enim verbo summopere eguisset, si eum intellexisset, qui et ipse ἀδελφόθεος esset. Nonne ejecerunt Apostolos veros numero Duodecemvirorum Dei, et substituerunt alios, qui non Apostoli erant? si fecerunt, utut in nomen Fratris Domini, tamen utique dic fecisse.* **Nonne** *in flagranti deprehenduntur, quasi in compendio, Falso dictorum Apostolorum* (**2** *Cor.* **11, 13.**) *machinae in genere?*

8. Scripturae spuriae

quibus magnam partem deotur, qoae et sob 7 coofusa, et sub 9 apocrypha suot.

Matthaeum Evangelistam (v. sub 2) dicere, *ἕως τῆς ἀναλώσεως Ἱερουσαλὴμ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἐπὶ ἐμοῦ ἐπέμφθη* **44** oota **5.** quod, quaoqoam per ὅτι inferatur, exponitur, *οὐδεὶς τῶν ἀποστύλων μακρὰν ἀπῆρεν* **44, 11.** *altera vero lectio sane apocryphi Matthaei verba ipsa habet. sciendum enim, nostri tempore auctoris, et deinceps, a nulla id conjectura pependisse, sed scribenti ad manus adhuc fuisse Pseudevangelistam. τὸ δὲ κατ' αὐτὸν εὐαγγέλιον μετὰ τριάκοντα ἔτη γράψαι κατ' ἐπιτροπὴν Ἰακώβου, ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου* **44, 13.** *sic stylo referentis verba, cetera vero solum transcripta ὃς ἔζησε μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἔτη εἴκοσιν ὀκτώ* **44, 15.** *Quae in textu sequuntur, quominus eidem Matthaeo tribuantur, rationem vide cum ipsis rebus sub* **9** *ad calcem. — Bartholomaeum Apostolum* (v. sub **2**) dicere, *καὶ διαθήκην ἐποίησε* **42, 20.** *S. Virgo, antequam spiritum traderet, verba faciens ad adstantem concionem.* — Angelum qol Pastoribus in aocte salotari apparuit, dixisse, *παύσασθε ἀγραυλοῦντες, κράξατε ἀνυμνοῦντες* **4, 14.** — Esse *τὸ ὕδωρ τῆς ἐλέγξεως καὶ οἱ ἀτόκιοι λίθοι*, aquam argumeuti et lapides oihil parieotes, qoibos dicaot Propbetae, *ὅτε ἡμεῖς σιωπήσομεν, οἱ λίθοι οὗτοι κράξονται* **5, 11.** *commiscendis, ut fit in Apocryphis, Scripturis natum, quidquid hoc spurii vel actum vel dictum fuit. dictis Jo. Baptistae, Potest ex his lapidibus Deus suscitare filios Abrahae Luc.* **3, 8.** *et Christi,* **Si** *hi silerent, lapides clamarent Luc.* **19, 40.** — Scriptura esse videtur, qood ad altare sctae Sioo (v. sub 10) *ἐστὶν ἐνίστορος ὁ φαρισαῖος αὐλῶν, καὶ ὁ τελώνης ταπεινῶν ἑαυτόν* **3, 11.** *Quod enim ἐνίστορον simpliciter dicitur, traditum esse videtur, unde per se fidem haberet, i. e. in S. Scriptura, sive vere, sive hominibus existimatione, qua tamen nominis vis ostenditur. historiam enim vera Evangelia habent, quae, quod solum fidem rerumque candorem attinet, historia sit historiarum, et*

simpliciter historia. hinc ἐνίστορον, quod in Evangeliis descriptum sit. in vero quidem id Luc. 18. sed hocce, quale sit, v. sub 9. dixeris vero, de historia scripta dici debuisse αἰλήσας et ταπεινώσας. praesens vero praesentem rem ostendere. et hoc quidem verum, etiam quod nisi in hac re, cum Sion junctum antiquum verum templum non deprehenditur, v. sub 10. sed Praesens ibi vi singulari, eo ipso loco praesenti factum esse vult, quod tamen praeteritum jam in ἐνίστορος indicetur. et cum stylo libri amice convenit tale praesens, et ita praeteritum praesentare. Quare sunt, qui apocrypham inferri scripturam non suspicati, autumaverint, picturam ἐνίστορον ea docuisse illic quandam. — Scriptura etiam necessario fuit, unde sumtum hoc, κατελήφθησαν οἱ ἐννέα μαθηταί 9, 25. ad scaturiginem, v. sub 19. loco quo Melchisedek Abrahae benedixisset, tamen in Galilaea, v. sub 7. In sana enim re, aut intellexeris de vocatione Apostolorum, quae in Galilaea fuit Luc. 6. quod quum tamen apocrypho junctum sit, rationem desiderat, cur non omnem rem apocrypham dicas. alias somnio similius esse, quam rei confictae. aut igitur, si Melchisedek respiciens, ad Hierosolymas referas, dicas, instante passione Christi, Apostolorum uno, Juda, proditore, duobus, Petro et Joanne, solis Christum eminus sequentibus, ceteros omnes, novem igitur, aufugientes latibulum quaesivisse. quasi forte de ea re obscure scriptum sit, Juvenem unum comprehenderunt (κρατοῦσιν αὐτὸν qui illi novem fuerint) et nudus aufugit Marc. 14, 51. 52. et huic rei assutam esse illam apocrypham, non ut illic mixtam. At ideo tamen ipsa undique apocrypha. et sic quare non in Galilaea? v. sub 7. ergo quam Scriptura apocrypha rem antecesserit. eam vero res nude cum Articulo posita, repetere videtur. — In schola montis Jesum, eaque regionis Nazaretanae, Apostolos docentem dixisse, ἐγὼ ὑπάγω ἀναληφθῆναι· ἀπέλθετε καὶ ὑμεῖς, καὶ διδάξατε ἅπερ ἐδίδαξα ὑμᾶς 10, 1. Quod, sive ad illum, sive sequentibus aptanti, ad montem olivarum referendum videtur, re quidem, quae acta sit, non adeo erit apocryphum, si modo Christi e mortuis vivi esse dicas. alioquin enim prorsus res monstrosa fuisset, sequundum contextum, quasi Ascensio, cum Socino, antequam ad Patrem iret. si autem e mortuis vivi, ad illam Scripturam respicit, quae Matthaei sola est de apparitione Christi ea, in qua ordinavit Apostolos, non in qua assumtus in coelos est, id est in monte Galilaeae. et jungitur Ordinationi falso Assumtio ejus. Dogma vero, quod in Galilaea ascenderit (v. sub 7) vere Nazarenae originis esse videtur, si hinc ortum esse dicas, quod aliquis solum Matthaei Evangelium vidisset. qui enim solum hoc nossent, Nazareni fuisse traduntur. potius quibus dogma illud dicas nomen meruisse. Ab his igitur natum, quod noster in monte Nazareno factum esse fert. et eorum etiam dictum apocryphum esse videtur. cf. frgmta apud Fabricium.

9. Traditiones apocryphae.

Adam e regione Paradisi flens, ubi sederit, esse a Bethania inde 12 millibus versus orientem, circiter 4 millia ab Hierichunte 10, 13. sepultum esse sub monte Calvariae 1, 12. — Caïn, inventorem omnium malorum, natura refractarium, significatu Diabolum expressisse 60, 20. primitias Deo offerentem, praestantissima ex iis antea ipsum comedisse (v. sub 6) 60, 25. — Seth, filium alterum, Adae similem, bonum, scientias invenisse 61, 28. Enos, illi filium similem, propter sui virtutes dictum esse Deum 61, 30. — Connubia juncta inter filios τοῦ Enos et filias

τοῦ Caïn (v. sub 6) effecisse, ut mares propter unam feminam, feminaeque propter unum virum bella moverent 62, 3. — Noam in arca asservasse semina etiam omnium ex terra nascentium 62, 13. — Pios doctores genti Israël et prophetas fuisse tempore quo Moses populi sui vindex a bono Deo suscitatus sit 62, 30. Mari rubro Mosen obsignavisse (intellige cruce. v. sub 23) 6, 21. et mare scissum esse in 12 segmenta seqnundum 12 tribus 6, 22. *occasioni forte Judaïco figmento* Psal. 136, 13. Mosem et Aaronem ex altero cacumine populum duxisse ad Sinam montem 7, 17. Quod filii Israël adorarint, fuisse τὸ βούκρανον, caput bovis, auro et argento conflatum 7, 5. Loco quo ex saxo Moses aquas ediderit, dicto Raithu, periisse 700 patres manu barbarorum 6, 26. *fortasse qui ab Edomitis cum ignominia redierunt, vel quod Amalek contra Israël pugnavit, et elevatis Mosis manibus, pulsi sunt. Duo enim saxa sunt, et aquae simul inde editae. simillima ac dissimillima. prius in Horeb, locus Tentatio, Massa et Meriva, πειρασμὸς καὶ λοιδόρησις 2 Mos. 17, 7. quum castramentarentur in Raphidim, ubi τὸν Amalek vicerunt. posterius multo, in deserto Sin, castrametantibus in Cades, locus Aqua contradictionis, Me meriva, τὸ ὕδωρ τῆς ἀντιλογίας 4 Mos. 20, 13. ubi Mosi et Aaroni denegatum, in terram promissam perventuris. et factum, ut missis ad Edom legatis, et cum repulsa reversis, quum castrametarentur ad montem Hor, Aaron in eo mortuus sit. Sed quis sciat, sitne res alias gesta et propior, patres vero Martyres. 'Ραϊθοῦ, vox arabica, accentus quo loco in vivo adhuc sermone. sensus ὁ ὄχνος. solent enim Arabes locorum nomina V. Testamenti arabica reddere, et forte sub Arabibus auctor.* Annos 42 populum Israel sub Mose in deserto mansisse 63, 7. — David regem in cinere desidentem scripsisse Psalterium 2, 30. — Templum Salomonis superstes v. sub 3 et 7. — In Templo (altero) virginibus locum seorsum fuisse prope altare a parte sinistra 17, 18. et portam per quam virginibus solis liceret intrare 26, 25.

Abiam, Summum sacerdotem, genuisse τὸν Jodaë, qui idem vocaretur *Barachias* 19, 3. Jodaë vel Odaë, alio nomine Barachias 26, 30. sacerdos is, qui infantem Mariam trimam, Domino devotam, cum donis receperit 16, 28. patrem hunc Zachariae sacerdotis 16, 30. genuisse *Aggaeum* et *Zachariam*, ipsosque sacerdotes 19, 4. Zachariam vero, patrem Joannis Baptistae, Summum fuisse sacerdotem, quo tempore S. Deipara 14 annos nata esset 19, 25. — *Mattham*, sacerdoti ex Bethlehem, tres filias fuisse, *Annam*, matrem S. Virginis, et *Soben*, matrem Elisabet, matris Jo. Baptistae, et *Mariam*, matrem Salomes obstetricis 16, 10. consobrinas S. Deiparae, *Salomen* obstetricem, ex Bethlehem oriundam 24, 22. et *Elisabet*, uxorem Zachariae 19, 6. 24, 25. Habitasse in Bethlehem Zachariam cum uxore Elisabet 19, 7. eandem tamen Elisabet Hierosolymis prope templum 17, 17. — *Joachimum* et *Eli* et *Jacobum*, patrem Josephi, fratres fuisse, per Levi descendentes a Nathan et Davide 15, 29. 16, 1. Joachimo Annam nupsisse in Nazaret Galilaeae 16, 14. sine prole 50 annos 16, 16. tamen in festo Encaeniorum (i. e. Expiationis die, v. sub 6) Joachimum in templo supplicantem, coelitus vocem audivisse, Erit tibi infans, et ex eo gloria 16, 18. et concepisse Annam 16, 22. infanti nomen datum Mariae, sororis suae matris 16, 23. Praeter hanc nihil genuisse Annam et Joachimum 37, 12. quis enim Maria Clopae fuerit, v. sub 6. Joachimum, filia Maria 7 annos nata, mortuum esse octogenarium 17, 8. Annam vero, relicta Nazaret, filiae Hierosolymis adhaerentem, post biennium defunctam 79

annorum 17, 12. — Josephum et Κλωπᾶν sive Κλεόπαν, fratres ex matre fuisse (uterinos) 16, 6. fratres ex patre Jacob 27, 14. (lectio, ex matre. 27 nota 8) patrem vero Jacob, et Eli habitavisse in Galilaea 15, 25. — *Josephum*, cognomine Alphaeum 35, 13. fabrum excellentissimum, pauperem vero 19, 16. uxorem duxisse Salomen filiam Aggaei, fratris Zachariae 19, 19. genuisse praeter filios illos, quos et Scriptura habet (Matth. 13, 55. Marc. 6, 3) filias *Soben* et *Martham*. cui etiam Mariae nomen esset 19, 12. mortua Salome, viduum circa annum aetatis septuagesimum 19, 15. Quem mater reliquisset infantem adhuc lactentem, Josem, educatum esse a Maria sorore 28, 19. matre nuncupata Josis 37, 7. eam patris fratrem in matrimonium duxisse *Clopan* 27, 13. et ex ea genuisse *Symeonem* cognomine Κλεόπαν 27, 16. qui postea successor Jacobi fratris Domini 27, 17. episcopus Hierosolymorum 27, 18. sub Domitiano deinde, natus 120 annos, cum multis tormentis crucifixus, martyr evaserit 27, 19. Josephum vero, senem extremae senectutis, ut dicunt 110 annorum, Jesu Nazaret reverso (tempore quo sunt Matth. 13. Luc. 4.) obiisse diem 32, 8. — Filios *Josem* et *Symeonem* uxores duxisse 28, 16. *Jacobum* vero, viduum post biennium, talem permansisse 28, 3. postea (episcopum) caesum esse (κατεκόπη) in Gethsemane 8, 13. *Judam* autem, ex uxore Maria, matre Jacobi minoris 37, 5. genuisse τὸν Zoker (v. sub 14) et Jacobum 28, 7. quos esse, qui postea ad Domitianum perducti, persequutioni sua sapientia finem fecerint (vide Eusebium in h. e.) 28, 8.

Zachariam, summum sacerdotem, quum Maria virgo 14 annos nata esset, concilio sacerdotum coacto, qui pro ea orarent, virgas duodecim circum altare posuisse, rogantem, Deo cujusnam esse illam placeret 19, 25. et germinavisse virgam Josephi fabri 19, 30. Quod illi Archangelus Gabriel visus est, fuisse quum die Expiationis Sanctum Sanctorum thurificaturus intravisset 21, 26. Interfectum esse inter aram et templum, ministrantem 26, 19. sequundum quosdam, ab Herode, quia qui infans erat Joannes, quaesitus ab illo, non reperiretur 26, 22. sequundum alios, a Scribis, quia Mariam jam genitricem Dei virginem ea in templum immiserit, qua solum virginibus liceret intrare 26, 25. publice contestatum, mansisse eam post partum primogeniti, virginem 26, 28.

Mariam virginem (v. sub 11) annos 12 natam, dum nocte media ad januas altaris oraret, subitmia vidisse et audivisse, lucem quae sole clarior illuceret, et vocem quae prodiens e Sancto Sanctorum diceret, Paries filium meum 18, 27. Josepho eam non nupsisse, nec junctam a sacerdotibus esse in matrimonium, sed quod Deo donata esset, ad servandam ejus integram virginitatem 20, 2. et usque ad finem vitae Josephum Deiparae procum et custodem vocari 32, 7. — Postquam in Domo Josephi 6 menses manserit, jejunanti et oranti hora nona diei fuisse, quod, qui futurum ex ea Filium Dei annunciaret, Angelus Gabriel revelatus est 21, 2. die Septimanae primo, quo lux creata fuisset, mensis lunaris, primi inter menses anni, die primo, Martii vero 25 die. 21, 16. *v. sub* 23. *ab eo deinceps die menses novem numerans, Christi habes Nativitatem.* — Elisabetae, donec S. Maria facto itinere cum ea conversata sit, tacuisse maritum, quid accidisset sibi, cur obmutuerit 23, 26. communicasse vero Mariam, quum visitaret, quae et sibi subiimia, et quae Zachariae ex ore Angeli revelata essent 23, 23. etiam quod masculus esset, quem illa in utero gereret 23, 25.

Sequundum Augusti decretum, Josephum cum Maria et omni sua domo, filiis et filiabus, in Judaeam contendisse, filiis prae se missis 24, 13. Hierosolymas antea non ingres-

sos 24, 17. divertisse in suburbano urbis Bethlehem 24, 18. peculio Salomes (v. infra iterum) 24, 19. et Virginem eadem qua advenissent, nocte, enixam esse τὸν Immanuēl 24, 20. ministrante ei Salome obstetrice 24, 21. attulisse ei, postquam compererint, Elisabetam et quosdam cognatorum alios, quorum egeret 24, 27. — Specum fuisse, ubi et diverterit Joseph cum Maria, et haec Jesum pepererit, quadrupedum vero deversorium 24, 26. Christum oppidi Bethlehem natum esse in specu 4, 3.

Magos venisse ἀπὸ τῆς θερινῆς ἀνατολῆς, ex Persia 25, 3. vidisse igitur (v. sub 18) stellam ἐξ εὐωνύμων τῆς Ἱερουσαλὴμ 25, 4. stella qualis fuerit v. sub 2. stellam in aquam putei demissam baesisse, qui esset ἀνώρυκτος, i. e. manu hominum non factus 4, 8. — Josephum, quum in Aegyptum cum Maria et Jesu effugeret, filios filiasque secum habuisse 27, 8. pransos in castro Pharme ad fines terrae sanctae 5, 18. Aegypti exulasse in urbe Tamiathin 5, 22. quinquennium 27, 9. — Interfecto Zacharia, Elisabetam urbe Bethlehem in desertum profugisse cum infante Joanne, in specu latentem per 40 dies 27, 1. qua sola redeunte, Joannem in desertis educatum esse 27, 4. cujus τὰ γονικὰ fuisse montem Carmelium 4, 24. *non maritimum illum celebrem, v. sub* 20. *quanquam natus videtur potius in Bethlehem* 23, 17. 24, 1. 27, 1. *mons fortasse ubi in deserto educatus dicitur* (27, 5) *aut ejus vel patrimonium fuisse*, v. sub 24.

Verbum Dei ad *Joannem* de baptismate factum in exordio anni, sive Septembri 29, 28. qui fuit ὁ δακτυλοδεικτῶν τὸν Χριστόν 46, 12. Praecursor, supra sub 6. Aquam probationis et lapides steriles v. sub 8. eum baptizavisse in fonte, qui ex camera cavernae scaturiret, quam trans Jordanem habitarit (v. sub 19 et 21) 9, 8. — Multos Joanni discipulos fuisse, quia tremendam ejus et admirandam vitae rationem cernerent 30, 7. et ἰσάγγελον τὴν πολιτείαν 46, 10. *hic palpa Clementem.*

Jesus, qua forma corporis et facie fuerit 29, 1 sq. patri David similem fuisse vultu 29, 9. et matri Mariae omnino 29, 23. capillo ejus ξυρόν, novaculam seu forficem, nunquam, nec ab ulla hominis manu adhibitam esse, nisi matris in infantia 29, 13. *intellige, quum Deo eum tonderet. consentaneum erat. ut vere ille esse videretur, in quo tribum Joseph uterque, et Jacob patriarcha et Moses, magnificavissent ultimo vitae die tribubus benedicentes, Naziraeus inter fratres suos Gen.* 49, 26 *et Deut.* 33, 16. — Docentem, itineraque facientem sequutos esse Josephum 32, 6. et Mariam matrem 32, 15. 33, 1. et mortuo Josepho, filios ejus ubique locorum, *Jacobum* et *Judam* 32, 10. Hos ex duodecim Apostolis fuisse 28, 15. *et rursus*, Jacobum Alphaei et Judam (qui in Scripturis Thaddaeus est) fratres Jesu 35, 11. *Ita Judaeus apocryphus. v. sub* 7. *Inventum convellitur, quod de iis tunc quidem diserte scriptum est, Neque enim fratres ejus crediderunt in eum Joh.* 7, 5.

Quocunque venirent, fuisse qui sanati vel qui verbo instituti erant, qui conferrent, quibus illi egerent 33, 13. — Fuisse Hierosolymis, ubi *uxorem* Χουζᾶ (v. sub 7) accedentem ad se et rogantem, sanam a spiritu maligno reddiderit 34, 10. — *Mariam Magdalenam*, nobilem opulentamque, Magdae, urbe Galilaeae, recepisse eum in domum suam 34, 22. et audita doctrina, miraculisque conspectis, omnem suam domum missam fecisse, consectantem 35, 2. eam inter mulieres talem, qualem inter viros Petrum exstitisse, spiritu ferventem, prudentissimam alias 35, 5.

Jonam, patrem Simonis (Joh. 1, 43. Matth. 16, 17) et Andreae, ex tribu Simeonis fuisse diebus Hyrcani (v. sub 14) 45, 24. pauperrimum 45, 27. *Simonem* uxorem duxisse, filiam Aristobuli, fratris Barnabae 46, 4. et filium filiamque ha-

bulsse 46, 6. litteras non edoctum 46, 7. fervidissimum spiritu, et idoneum ad saecularia negotia 46, 23. uxorem (v. sub 7) defuncta socru, S. Deiparae tradidisse 46, 26. — *Andream* vero, illitteratum et ipsum 46, 7. mansuetum et parciloquum (i. e. meditabundum) 46, 25. castitati se addixisse 46, 6. conspecto in Baptista ferme angelicae vitae instituto 46, 9. in hac quod ingenuum esset, aemulatum, ei discipulum evasisse 30, 9. 46, 11. edoctum ab eo, quis Christus esset 46, 14. relicto Joanne, Simonem et ipsum ad Jesum perduxisse 46, 16. Jesum (non quasi non verum sit) *per triennium* sequutum esse 52, 7. — Matrem filiorum Zebedaei, *Salomen*, S. Deiparae cognatam fuisse 33, 10. consobrinam 24, 19. *namque alia haec Salome et consobrina altera* (*v. sub 7 Myrigeras*) 24, 25. *non ergo obstetrix Salome. nec vero uxor Josephi Salome, mortua enim jam erat. et praeter illas quarta non datur, nisi forte quam falso Salomen appellat, Joanna.* illus peculium fuisse illud suburbanum, ubi Virgo pepererit 24, 19. — Ap. *Joannis* domum in civitate Capernaum 9, 11. in ea factum esse, quod paralyticum (Matth. 9. Marc. 12) cum lectulo per tectum demiserunt 9, 13. Ap. *Jacobum*, Joannis fratrem, fuisse qui Jesum rogarit, ut sibi permitteret, patrem suum sepelire (Matth. 8, 21. Luc. 9, 59) Zebedaeum 33, 19. et cui tunc non permisisset, ei Jesum postea permisisse, utrique Jacobo et Joanni 33, 22. Jacobum et Joannem, haereditate sua vendita 34, 5. omni quam in Galilaea haberent 35, 19. profectos Hierosolymis τὴν Sion emisse (v. sub 10) 34, 5. 35, 20. iterum, quasi solus Joannes fecerit 35. 17. *contra Scripturam illam, Ecce nos omnia reliquimus.* — Nuptias Canae Galilaeae fuisse sponsi nomine Simonis 31, 27. qui posthac discipulus Christi, ex numero τῶν duodecim fuerit, *Simon Cananita* sive Zelota 32, 1. — Fuisse ad scaturiginem aquae, loco quo et Melchisedek Abrahae obviam ivisset, ubi Novem discipuli deprehenderentur (v. fontem sub 19. et verbum sub 8) 9, 25.

Pharisaeum (illum de quo est Luc. 18) dum Publicanus se humiliaret, tibia cecinisse (v. sub 8) 3, 11. *Quis similioris quidquam Pharisaïco vel Talmudico Judaeo explorare poterit? quorum est, ut argutiunculis adeo futilibus nervum Scripturarum praecidant, ut in sanis nemo sit, quin eos, ubi vel maxime serio agere videntur, Verbi, quod se divinitus habere credant, irrisores horreat. et si rem in loco illo in Sion malis depictam intelligere a Christianis, nonne quos Sionitas habent, Apocrypha ecclesiastica proximos ostendunt ab ingenio Iudaïstarum? et eos qui invenerunt?* — Caïpham non Hierosolymis oriundum fuisse, sed exterarum quadam provincia 36, 2. lectio, ἀπὸ Κίου τῆς Βιθυνίας 36 nota 1. quum autem anni illius (i. e quo Christus passus sit) Summus esset sacerdos (v. sub. 6) non sua eum domo habitavisse, sed in domo Joannis Apostoli (v. sub 10) 36, 4.

Christum Passa celebrasse et Sacramentum, cum discipulis et discipulabus 36 nota 1. cum discipulis prope Gethsemanem in specum confugisse, cavernam lacrymarum (v. sub 21) 8, 2. in passione sua, carcere occlusum fuisse, eodem quo Barabas 1, 16. — Petrum, abnegato Christo, quod egressus amare fleverit, extra Urbem cessisse 3, 20. *nisi ad ambitum restructae urbis referre velis, sine ratione. ampliant Scripturas Apocrypha, τὸ ἐξελθεῖν nisi ex urbe sit, non satis illis est.* — Laqueo Judam in loco periisse, qui οἱ μοίριχες (v. sub 24) vocatur 3, 28.

Myrigeras (v. sub 7) ignorantes quando Christus esset resurrecturus, septies illa nocte ad sepulcrum venisse 37, 14. *quasi ad id quid Myrigerae sint, magnum illud non satis solum fuisset, quod vivum primae*

viderunt, sed ut resurrecturo quasi obviam ire voluissent, uti esse de virginibus scriptum, exspectantibus Dominum suum. Sic dissimulatur, quo falsa hominum sanctitas confingatur, qualem venerari cupiant, quod Jesus plus quidem quam semet de sua futura et morte, et rursus vita docuit, sed postquam vere mors venit, dicta ipsis omnia evanuerant, resurrectionis nec cogitatio quidem, multo minus spes superfuit. Apostoli antea quam factum est, quia vere sancti erant, ne intellexerunt quidem. Homines vero decipi volunt. fucata sanctitate, quae solum spectrum est, cupiunt delectari, nec quod vere in homine est, ferre possunt, sui conscientiam per somnium habentes, nec humanum existimare, nec quod vere a Deo misericordi datum homini est, divinum. Ergo decipiuntur, veritas Christi illis non datur. cum qua veritas hominum revelatur, quod Deo credere nulli possunt, credere vero solus Filius. Via falsi apta hominibus, quam venerentur stupentes. non enim nisi aspernari possunt, si suam normam ficti boni verum non exaequet. hinc ut veneratione mundum captivum agant, fictam sanctitatem praetendunt. Deiparam vero in nocte Resurrectionis sepulcrum cum illis non observasse, prae ineffabili dolore 37, 16. *veri Symeonis prophetia, Tuam ipsius animam pertransibit gladius Luc.* 2, 35. — Matri suae primae apparuisse Christum, postquam resurrexit, dum Angelus Mariae Magdalenae colloqueretur 37, 18. — Cleopam (Luc. 24, 18) alterum eorum, qui cum Christo ex resurrectione vivo ibant nescientes 4, 26. fuisse Symeonem, Clopae filium fratris Josephi 27, 21. alterum vero qui una ibat, Nathanaëlem 28, 1. Solitum esse Jesum in monte (Nazaretano. v. sub 20. item sub 7 et 8) Apostolos in schola docere, docuisse ut videtur, postquam a mortuis resurrexerit 9, 33. *vero simile τὸ ἐδίδασκεν ibi sensu uti sibi proprio, docuisse usque ad sui Assumtionem. Num hinc se Nazaraei sua haeresi imbutos dixerunt?* In coelum ascendisse stantem in lapide proplus ab illa schola (v. sub 22) 10, 5. item, ex monte olivarum 8, 18. hora tertia diei 64, 23. Et S. Deiparam Filii sui vidisse in coelos Assumtionem 38, 7.

In eam exinde vel loqui vel agere quidquam nec Judaeorum nec Graecorum, vel magistratuum vel sacerdotum ausum quemquam esse, vel omnino ad domum in qua esset, propius accedere (vide enim qualis abhinc evaserit sub 11) 38, 17. neque viva ea Apostolorum quemquam, ut quidam ajant, Hierosolymis vel longius abiisse vel secessisse 39, 3. 44, 11. *allegat vero Acta App. quod ne in persequutione quidem Stephani, urbem App. reliquerint* 39, 5. *quasi ex his amplificatis nata traditio sit.* nec quemquam eorum viva ea, nisi Jacobum solum, fratrem Joannis vita cessisse 41, 22.

Petrum et Andream, postquam Hierosolymis Apostoli (quod accidit Gamaliele sententiam dissuadente, ante Stephani martyrium) publice flagellati sint, Antiochiam cessisse, et inde ulterius in terras gentilium, additis sibi Matthia et Cajo et aliis, ad gentes docendas (v. sub 7) 47, 1. Inter discipulos Andreae fuisse, qui Apostoli erant, Simonem (Cananitam. et Judam) Thaddaeum, et Matthiam 53, 23. (v. mox et S. Paulum). — Sinope discedentes, Petrum et Andream inter se mundum dividisse 51, 3. ut Petro occidens, Andreae oriens illuminandus esset 51, 5. quae res patria in Ponto traditio fuisse videtur 51, 2. *Vides ista cum prioribus pugnare, etiam dissentire ab ea traditione mox, in qua Jacobus omnium princeps, illos ὑπευθύνους sibi habebat.*

S. Stephani martyrium, assumto in coelum Christo, post sexennium evenisse 39, 10. S. Paulum vero, indidem post annos sex et dimidium baptizatum 40, 20. tribus annis post

fecisse praeconii sui initium 40, 21. *Audi! triennium sane academicum Hierosolymis absolvit sub Falsis Apostolis. quibus cordi non est, quod ipse diserte negat ad Galatas.* novem annis post (baptismum) Dionysium Areopagitam fecisse discipulum 40, 22. Habuisse uxorem, sed quae Hierosolymis apud Deiparam (v. sub 11) maneret, *εἴ τῳ πιστὸς ὁ λόγος* 39, 19. — Diem obeunti Deiparae Dionysium Areop. adfuisse cum Timotheo et Hierotheo et reliquis Apostolis (v. sub 4) 40, 16. eam obdormivisse 24 annis postquam praeconium S. Paulus exorsus sit 40, 25. item, 24 annis post Filii sui Assumtionem (v. sub 11) 44, 5. statim hac defuncta Hierosolymas a Romanis captas esse 40, 6. captas 30 annis post Ass. Chr. 40, 8. lectio, post 28 annos, 40 nota 6. Jacobum, fratrem Domini, post Ass. Dom. 28 annos vixisse 44, 15. *Videtur calculus eo redire. post A. D. esse defunctum Jacobum 28 annis, S. Virginem 29 annis et dimidio (24 annis in calculo nostri sui immemoris v. sub 11) deletas vero Hieros. 30 annis, anno quo falsus Matthaeus se scripsisse ait.*

Hierosolymis, priusquam Romanorum exercitus eas occupassent, Apostolos et omnes Christi fideles cessisse Angelo monente, et venisse Pellam Peraeae 40, 9. *fabulam, ut Apocryphorum est, excussam ex S. Scripturis Matth.* 24, 16. *Marc.* 13, 14. *Luc.* 21, 21. *etiam apud Eusebium habes. alio modo ita,* Apostolos postquam S. Maria obdormierit, omnes dispersos esse 44, 8. et Johannem pervenisse Ephesum 44, 9.

Hierosolymis (quoad starent) Apostolos Jacobum, fratrem Domini, principem in omni re agenda habuisse, nec sine eo quidquam egisse 39, 12. neque eo usque quemquam eorum longius urbe recessisse 44. 12. Postquam vero capta sint 44. 11. Jacobum, regiones iis dispertitum, emisisse eos 44, 16. praecipientem unicuique, ut ipsi quotannis remitteret, quomodo doceret (i. e. confessionem fidei transmitteret) 44, 18. quo consentiret praeconio Christi 44, 20. et Apostolos id omnes fecisse 44, 19. *Vides cum illo conjunctum institutum, quo homiliae Clementinae omnibus in orbe terrarum clericis norma consensus essent, quo sublato, ex S. S. amplius veri quidquam elici haud posse. et solum alius modus hic, quam ille in litteris Clementinorum introductoriis. — Cetera haec inter se, si compositurus sis, multum pugnare facile videbis, potissimum si addas, quibus noster a se dissentit. sed dicere quempiam, Jacobum emissos in orbem Apostolos rexisse, et eundem dicere, postquam exstinctus fuerit, non credas. videre licet, esse alia ex falso Matthaeo, eo qui neque expugnatae s. urbis mentionem fecisse videtur, sed trigesimi totum anni, quo esset. alia vero, quae concordiam cum illis fugiant, consona iis, quibus Constt. App. nitantur, quorum est Jacobus episcopus episcoporum. scrutari ulterius, ubi ficta omnia sunt, lubricum est. ἐπιχειρήσεως δεῖται ἑτέρας.*

10. Sion

mirabilis conjunctio fere omnium, quae in s. urbe memoriae veneranda fuerant, puto, ut sancti nihil loco deesset, in quo sanctissimam Virginem, benedictam in mulieribus, Filium glorificatum per dies vitae coluisse consentaneum erat. et tamen etiam, ut re mire commixta ex templo quasi novo Hierosolymorum, et quam sancti habitarent, domo, vero quod erat, Templo gloria Novi Testamenti, contra Scripturas cum propheticas tum historicas, suffragio eorum subornato surriperetur. apocryphorum fere maxime memorabile. Sion pars Hierosolymorum celsior ceteris 35, 20. sita a dextra parte (ecclesiae) τοῦ λιθοστρώτου 2, 33. quo loco sint domus Pilati, Hannae, Caiphae, Caesaris 3, 17. — Idem

esse ac quod Praetorium fuerit 3, 13. idemque vero quod Getbsemane 38, 21. Sanctam 2, 33. 3, 13. 36, 27. 37, 20. 38, 12. domum Dei 2, 33. In qua uitare 3, 9. cum jauuis sit 3, 6. et concha 3, 12. — Quam vendito patrimonio Filii Zebedaei emerint diebus quibus Jesum sequerentur 34, 5. 35, 20. domum Joannis Ap. 36, 27. 37, 20. qui dimidium Caïphae, quo is anno summus sacerdus esset (v. sub 6) habitandam dederit, dimidiam alteram obtinens ipse 36, 9. *et tamen cui, homini peregrino (v. sub 9.) domus propria fuisse negatur, ejus propria in monumentis est.* — Fuisse in dimidia Joannis parte, ubi Christus Passam et mysticam coenam peregerit 36, 10. coenaculum a parte dextra altaris 3, 10. ibidemque, ecce, ubi Pharisaeus et Publicanus (Luc. 18) una precantes stetisseut (v. sub 9) 3, 11. *vere enim verum Templum misceri potuit cum isto quasi Christianorum diverso, ad rem quandam imaginativam solum, qualis Sion est. nonne enim templum Salomonis miscuit, dudum evanidum, cum illo quod sibi Saraceni restruxerant? quare si picturam mavis intelligere, eo tamen loco intelligas, ubi res acta fuisset. v. sub* 8 et 9. In concha aedicuiam quadriculumuiam, quo loco Christum Petrus tertio abnegarit 3, 15. In sanctis januis altaris vestigia Christi, ubi coram Pilato judice steterit 3, 7. et prope magnam portam, lapidem illum, in quo flagellarint eum 3, 5.

Esse domum, quo Deiparam Joannes receperit 36, 24. et ubi permanserit ea 36, 21. ubi Christus postquam resurrexit, primum suae matri apparuerit 37, 20. quo januis occlusis intraverit, praesens in mediis Apostolis 36, 28. 38, 2. et ubi Thomam reddiderit fidum 38. 3. ubi permanserint jejunantes, in terra cubantes, orantes, lacrymantes, incessanter hymnos fundentes, cum Matre ejus, omnes Apostoli, et una Myrigerae (v. sub 7) et fratres ejus 37, 21. et *ubi Spiritus sanctus Apostolos superveneril* 38, 4. In eam Apostulos, emissus in locus, reduces commeasse (v. sub 11) 38, 5. A sinistra parte magnae portae esse, ubi S. Deiparam illi laverint defunctam 3, 1. *Videtur aedificium a S. Helena exstructum esse, v. sub* 4. Observari in ea callos adhuc genuum ejus in marmoris, et lapidem cubiculum, ubi naturalis somni exiguo usa sit 38, 11. domum esse, quae per dies vitae ejus, nemini nec potestatum cuiquam non timori fuerit (v. sub 9) 38, 20.

11. S. Maria Deipara.

Acta ejus (τὰ περὶ αὐτῆς) nemi-nem aequalium conscripsisse propter turbas illorum temporum, captas praesertim Hierusalymas 40, 5. Doctorum vero et Patrum ecclesiae, quorum multi laudes ejus dixerint 13, 15. neminem de vita et temporibus, educatione et obitu sincera edidisse 13, 17. ceteros de ea scribentes, inter se repugnare (v. sub 2) 14, 2. quam noster rationem sequutus sit, v. sub 1.

Nativitatem et parentes v. sub 9. Infantem trimam Hierusalymas adductam ab illis Domino datam esse 16, 28. et tunc quidem domum reductam, Nazaret 17, 3. didicisse ex iis litteras Hebraïcas 17, 18. aetatis autem anno septimo per omnes dies vitae Domino esse a parentibus donatam Hierosolymis 17, 5. biennio post utroque parente orbam (v. sub 9) 17, 14. — Dum in templo adolesceret, foras nunquam prodiisse, nisi de necessitate ad Elisabet (v. sub 9) 17, 15. idoneam et pronam ad discendum, S. Scripturis insudavisse 17, 19. in lana, lino, serico, et bysso tractandis admirationi fuisse 17, 22. intellectu et sapientia inter aequales mire praeminuisse 17, 24. cunctionibus dimissis ad altare permansisse sacerdutibus ministrantem 18, 4. orationi, lectioni, jejunio vacasse et operi manuum 18, 23. sanctam re vera 18, 26. forma, indoles

et mores, qui fuerint pneliae 18, 5 sq. 24, 3. quae ex reditibus Templi aleretur, et ueret quae ad illud et (si lectio sana) ad sacerdotes pertinebant 18, 21.

Aetatis anno 14 sacerdotes, debilitati carnis subventuros 19, 20. eam, Deo significante, Josepho fabro junxisse 20, 1. eustodi virginitatis (v. sub 9) 20, 3. 63, 21. *Nativitatem ejus et matrimonium enarrans* Greg. Nyssenus *non abludit. S. Mariam a senibus jam parentibus, matre Deo, post sterile tamdiu conjugium vovente, daturam se, quod ex ipsa natum fuisset, vero genitam, postea in templum perductam, et a sacerdotibus ibi educatam, usque quo non amplius eos decuisset, in se mediis eam habere, ab iisdem sacerdotibus desponsatam esse Josepho, ea lege, ut Deo devota, virginitatem servaret. Eademque et similia, quin etiam nativitatem ejus immaculatam,* Falsus propbeta *in Coranem suum ex ecclesiastica, quamquam apocrypha traditione habet relata vel a se sumta ex apocryphis. vide si libet, Suram ejus tertiam.* — Adsumtae iu domnm suam Josepbum duas suas filias erudieudas tradidisse 20, 27. et Soben quidem per omnem vitam ei sociam adfuisse 28, 17. — Eam de parieudo Cbristo mysterium, tam antea in Tempio reveiatum 19, 1. quam deinde in domo Josephi ab Arcbangeio Gabriëi 21, 5. douec Cbristus in coelos assumtus sit, reticuisse cuique, et domi et foris, etiam ipsi Josepbo 21, 8. quae sibi vero data esseut mysteria, Elisabetam et Mariam, nemini qnidem enunciantes, iuter se communicavisse 23, 28. — Qnomodo Jephoniae probatum sit, eam Domiui matrem esse, v. sub 4. — Virgiui Fiiium consectanti, quamdiu Evaugelium suum revelaret 32, 15. nnas ocias degisse mulierum quaequae iiium et Apostolos sequereutur, socrum Petri et uxorem 32, 13. matrem filiorum Zebedaei, mortuo boc, per rciiquam vitam omnem 34, 3. item, ut videtur, uxorem Cbuzatis 34, 14. et Magdalenam, missa facta omui sua domo 35, 3. et reiiquas 35, 4. — Filio crucifixo receptam ab Ap. Joanne, in domo Sion permansisse (v. sub 9. 10) 36, 21.

Assumtionem Fiiii sui iu coelos contuitam, magis adhuc in ἄσκησιν et genuum flexiones incubuisse 38, 8. muita miracuia edidisse, aegrotis sauandis, et iiberandis qui immuudis spiritibus daemonizarent 38, 22. eleemosynas providisse pauperibus, viduis, et pupiliis 39, 1. — In s. Sion multas cum ea feminarum vitam degisse, profectas ex diversis proviuciis, aiias fide sua et desiderio ejus, alias morbis aut spiritibus immuudis ab illa liberatas 39, 15. quae honorem et timorem ab omui bomine mereret, et gloriam non soium a fideiibus, sed etiam a Judaeis et Graecis 38, 15. — Sui exitum 15 dierbus autea vaticinatam esse 42, 4. suae fortasse exaitationis diei instantis fuerit quam spousionem ab ea factam babet ioeus ille prodigiosus 2, 18. Tribus vero antea diebus Gabriëi Archangelum ipsi adstantem indixisse et egressum, et Dominum in eo adfuturum 42, 5. evocavisse eam ad se omnes Apostoios, cognosceutes futurum ejus egressum et ipsos per Spiritum sctum 42, 8. de bis per nubes advectis v. sub 4. et multos alios convenisse, etiam Mariam Magdalenam, et filias Josepbi, et quae geute ipsi affines essent, multas 42, 11. prohibitam a. tempio iutraudo Magdaienam eo die, si equidem comprebendi 2, 16. vide sub 4. Quibus iliam mysteria veneranda paudisse, autea iu eorde suo servata, et saiutationem Augeii, etiam eam apparitionem, quae sibi uuper in tempio oranti eveuisset 42, 15. deinde testamentum fecisse 42, 20. — Ut bora venerit, omnibus se Cbristum manifestavisse 42, 23. prostratis a iuce gloriae suae dicentem, Pax vobis 43, 2. et bymnum esse angeiicum auditum iuvisibiliter 43, 4. Hymnos deiude canentibus Apostoiis, os iiiam aperientem quasi in suavem

somnum tradidisse spiritum Filio suo Deo 43, 6. et Angelos iterum hymnum canentes, in coelos obiisse com Domino 43, 9. Apostolos vero et ipsos deinde hymnos unom post olterum fudisse (v. Dion. Areop. sob 2) 43, 11. iavisse mortuam in porta mogna sctae Sion 3, 1. et fonus celebrantes, condidisse in Gethsemaoe 43, 15. quae sit sepulcrum S. Deiparae 7, 31. Spectantibus vero omnibus, corpos ejus sanctum, paulo post, eonspectui eorum subreptom esse 43, 16. et ilios denuo hymnis eum celebravisse, qui mortem ejus adeo magnificavisset 43, 19. *Similia fere, quanquam non prorsus eadem, quum in tertium diem differat,* Damascenos *habet, Morte absumtam, sed tertio die redivivam, cum corpore et anima in coelum esse assumtam. Apud eam enim, jam moribundam, omnes in omni orbe terrarum Apostolos dispersos, uno excepto, Hierosolymis una comparuisse. corpus deinde, ab Apostolis in Gethsemane sepultum, Angelis ad exsequias concinentibus, et cantu eorum exinde per triduum audito, tertio die in sepulcro non repertum esse, quod aperirent Apostoli, uni reliquo etiam advenienti funus ostensuri, nec quidquam reperientes nisi lintea, funeris involucra. Sed* Epiphonius, *haeresiologum dico, omnino alius. is scire se negat, morte S. Maria decesserit, nec ne, et si morte, martyrio an alio modo. Festum enim Assumtionis ejus,* 18 *Cal. Septembris, primum a Mauritio Caesare institutum esse Nicephorus reliquit.*

Defunctam esse 72 annos natam 43, 8. nempe 7 annos natam in templum traditam 43, 21. ibi mansisse 6 annos et dimidium 43, 23. in domo Josephi annum dimidium 43, 24. peperisse anno 15 aetatis 44, 1. cum Filio soo, Domino nostro vixisse 33 annos 44, 2. natam igitur in Ascensione ejus 48 annos 44, 4. deinde in Sion com Joanne ceterisque 24 annos degisse 44, 5. omnino igitur 72 annos vixisse 44, 7. *Hic quidem auctor immemor esse videtur. utique* 24 *annos in senectute Dei parae numerat. alias incipit a B. S. Pauli, hic ab A. D. differunt sexennio, quo post A. D. vult Paulum baptizatum. Rursus* 24 *illi ab iis* 14 *annis pendent, quorum Ap. ad Gal.* 2, 1 *mentionem fecit, margarita nostro, et face quasi. istos enim* 14 *pertingere usque ad obitum Virginis, incipiendos a converso Dion. Areop. annis* 9 *post B. S. Pauli (v. sub* 6 *et* 7*). unde sunt ab hoc inde* 23 *anni, vel si his adnumeres dimidium illum, quo ulterius quam sexennio baptizatus Ap. sit post A. D. erunt a B. S. P.* 24 *anni. qui ab A. D. sunt* 30 *anni, quos alias habet. sed* tunc quot alii, nunc vero quot ipse *ratos habeat. Itaque fundamentum rationis soli* 14 *anni illi ad Gal. cetera ut hi ad finem applicentur, quod quae ibi est, ἡ ἀποκάλυψις illa sit, quae in obitu Deiparae fuerit Christi. Jam iterum, qui interpretamento adeo futili hausit ex Scriptura, num is, nova traditurus, scivisse praeter Scripturas aliquid putandus est, quo modo res actae sciantur? Haec denuo via patescat, qua omnino Apocrypha Ecclesiae oriuntur.*

12. S. Apostoli.

Quinam duodecim fuerint, insertis fratribus D. 35, 8. Omnibus iocus est. *Petrus* 46, 23. 51, 4. 55, 29. 56, 1. *Andreas* quem v. sob 13. *Joannes* 34, 1. 35, 17. 36, 6. 37, 20. 44, 9. 55, 30. 56, 6. *Jacobus* 33, 19. 34, 1. 41, 24. *Philippus* 55, 30. 56, 4. *Bartholomaeus* 42, 21. 55, 31. 56, 4. (Thomas 38, 3.) *Matthaeus* 24, 9. 25, 16. (44, 10). *Jacobus Alphaei* 28, 14. 39, 12. 44, 16. *Judas* (Jacobi) 28, 6. 14. 37, 6. (Thaddaeus) 53, 23. 67, 14. (v. sub 7). *Simon* Cananita 53, 24. 67, 14. 24. 28. *Judas Iscariota* 2, 32. 46, 30. *Matthias* 46, 29. 47, 1. 48,

29. 33. 53, 23. 67, 14. 22. *Paulus* 39, 20. 40, 19. 23. 56, 1. — Post quos (*Lucas* 28, 2. 39, 9) *Barnabas* Apostolus dicitur 46, 5. *Philippus* vero 55, 32. distinguitur a Duodecimviris 55, 31. 56, 4. — Discipuli sunt, S. Paulo, *Timotheus* et *Dionysius* 40, 16. 18. S. Andreae octo, *Tychicus* (is qui Ep. sub 14) *Astachys* (et is fortasse Stachys Ep. sub 14) *Evodius*, *Agapetus*, *Domitius*, et ex Apostolis tres (quos v. sub 9) 53, 23. item *Cajus*, primum cum Petro et Andrea 47, 1. deinde, ut videtur 53, 23. cum Petro solo 51, 6.

Acta et vitas eorum, qui post Apostolos sancte militarint, multos descripsisse 45, 4. *ipsorum vero, neminem justo modo* 45, 13.

Flagellatis App. (Act. 5. v. sub 7) post sanatum qui claudus natus erat (Act 3) 46, 30. urbe Petrus et Andreas proficiscuntur 46, 31, adsumtis sibi Matthia et Cajo et aliis 47, 1. Matthias Sinopes a Judaeis in carcere per triduum servatur necandus 48, 29. cum iis ex illis, qui fidei crediderant 48, 34. inde et ipse et illi ab Andrea miraculose educuntur 48, 33. discedentibus Petro et Andrea, apud Andream permanet 53, 23. — Denuo Hierosolymis profecti, Petrus, Andreas, Joannes, Philippus et Bartholomaeus, in Phrygiam superiorem redeunt 55, 30. inde Philippus (non Ap.) Antiochiam 55, 33. Petrus ibi apud S. Paulum permanet 56, 1. item Philippus et Bartholomaeus ibi et in Pisidia 56, 4. ceteri urbes mediterraneas peragrant 56, 3. Andreas et Joannes Ephesi docent 56, 6. Andream vero Joannes, audiens oraculo Dei vocatum in Scythiam, dimittit in Bithyniam 56, 7. — Iterum Hierosolymis profecti, Andreas, Simon Cananita, Thaddaeus, Matthias, apud Avgarum versantur 67, 14. *miram de hoc traditionem v. in Eusebio h. e.* reliqui hinc civitatim pervadunt usque in Iberiam et ad Phasim 67, 16. postbac in Susaniam 67, 18. quae mulieribus cito credentibus, et ipsa Verbo obedivit 67, 20. ex illis Matthias cum discipulis in ea regione permanet 67, 22. Simon vero et Andreas in Salaniam abeunt 67, 24. inde, multis illuminatis, in Abasgiam 67, 26. ubi Sebastopoli Simon permanet (de quo v. sub 15) 67, 28.

Apostoli ex mandato Christi bini proficiscebantur 46, 32. Passatis causa Hierosolymas redibant 55, 28. 67, 12. et permanebant usque ad Pentecosten (v. sub 10) 55, 29. 67, 14. post Pentecosten frequentes exibant in terras 55, 30. 67, 14. — Civitatim Judaeis S. Scripturas exponunt, miracula operantur, qui fidunt multos baptizant 47, 8. baptizatis divina mysteria tradunt 47, 10. 48, 25. 55, 13. quibus interdicunt (Andreas) sectis Scytbarum, et idolotbytis Graecorum, et opinionibus Judaeorum 49, 9. et ne mythos Graecorum advertant 55, 18. — Verbo divinitus inspirato affluebant 54, 27. humiles, emaciati, pallidi, singulis solum vestibus utentes, cum sandaliis, discalceati 54, 25. utut opibus sibi oblatis, pane et aqua, et semel quotidie, vescentes, vestitu utebantur vilissimo, noctu in solo cubabant 53, 28. cantando vesperi et mane et meridie Deum laudabant 54, 28. eadem ratione Ecclesias sacrificia laudis offerre jubentes 53, 6. — Obviam iis ferebantur a civitatibus vel integris terris, insanabiliter aegroti et daemoniaci 48, 8. 52, 26. 71, 7. insanabiles, qui spopondissent in fide perseverare, manibus imponendis sanabant 48, 21.

Andreas interdiu eos docebat, qui accesserunt, et aegrotos sanabat. noctu cum discipulis secedens, Deum orabat, ut sibi inter multos adversarios cooperaretur 58, 9. Concionem solebat precatus, manibus impositis dimittere 64, 32. Sacerdotes ungit civitatibus Macedoniae 69, 1. ex fidelibus Presbyteros et Diaconos constituit, Amisi 55, 10. Nicaeae 65, 5. Cromnae 66, 17. Patris 71, 18. Leges fert 65, 1. et

Episcopos urbium legit, Nicaeae 65, 6. Odyssopolis 56, 14. Chalcedonis 65, 18. Sinopes 68, 24. Byzantii 68, 28. dum in carcere est, Patrarum 73, 29. et Petrus et Paulus Episcopos Siciliae 56, 1. — Communicatis mysteriis Episcopo (Stratocli) regulam tradit mane et vesperi cantandorum, et baptismatum sacrorum (Hebr. 6, 2) et omnem consequutionem (πᾶσαν ἀκολουθίαν) 73, 30. item Ecclesiae (Amisenorum) Liturgiam et regulam cantionum 55, 13. ut vesperi et mane conventum agerent, genibus versus orientem flexis stantes orarent 55, 15. de Psalterio, Prophetis, V. et N. Test. v. sub 5. — Opes sibi multas oblatas a fidelibus, Amisenis 53, 25. Achaeis 71, 12. in pauperes impendit, per manus discipulorum cum pupillis et viduis communicans. deponit ad exstruendas ecclesias, et ad sacerdotes constituendos. suorum usui nihil reservat, nisi si quid necessarii accidisset 53, 26. 71, 13. Delubra idolorum destruit, Nicaeae (inter quae tria v. sub 23) 65, 2. et Achaei, evalescente fide, ipsi evertunt, simulacra comminuunt, libros comburunt 71, 10. Synagogam Judaeorum ecclesiam S. Deiparae efficit Nicaeae 65, 3. oratorium ejus constituit Byzantii 68, 30. civitatibus Macedoniae ecclesias exstruit, et altaria consecrat 68, 34. Patris ecclesiam magnam esse jubet 71, 19. inscripta huic v. sub 5.

13. Ap. Andreas.

Apostolorum πρωτόκλητος, quod ei in cognomen vertitur perpetuum 45, 3. 76, 30. 82, 2. et alias. Qua forma corporis fuerit 54, 2. baculo ferreo (in Apostolatu) solet inniti 57, 6. *videtur Apoc.* 2, 27 *esse, quod ei datum, ad instar Judaicae exilitatis amplificetur.* senem vero discipuli incedentem sustentare 70, 9. Priora ejus v. sub 9.

Itinera ejus. Hierosolymis cum fratre Petro profectus, Antiochiam venit 47, 3. inde Tyanam 47, 6. inde civitatim 47, 8. usque ad Sinopen, deversantur vero in promontorio insulae 47, 18. eoque monte 48, 31, inde Petro in occidentem discedente, ipse in orientem 49, 21. cum octo discipulis 53, 23. venit Amisum 51, 8. ubi ceteris discipulis relictis ad eos instituendos, qui quotidie ad fidem accedebant 54, 32. ipse cum duobus vicos circumjacentes invisit 54, 34. pergit Trapezuntem 55, 24. inde in Iberiam 55, 27. — Hierosolymis est a Passate usque ad Pentecosten 55, 28. cum Apostolis in Phrygiam superiorem abit 55, 30. inde Ephesum cum Joanne 56, 5. evocatur in Scythiam a Domino 56, 6. Laodiceam Phrygiae ab illo discedit cum suis discipulis 56, 11. abhinc Odyssopolii Mysiae non diu 56, 14. Nicaeae 56, 15. biennium permanet 65, 2. inde Nicomediam petit 65, 11. navigio mox Chalcedonem 65, 14. inde Heracleam 65, 20. inde Cromnam sive Amastram 65, 21. inde Zalichum 66, 19. inde Amisum, Amisenis ipsi obviantibus 66, 19. inde Trapezuntem 66, 23. inde Neocaesaream 66, 24. inde Amusatum 66, 26. ubi discipulos multos faciens, diu permanet 67, 11. — Hierosolymis est a Passate usque ad Pentecosten 67, 12. deinde cum 3 App. (v. sub 12) apud Avgarum (v. sub 14) versatur 67, 14. ipse cum Simone abit Phustam Salaniae 67, 24. inde Sebastopolin Abasgiae 67, 27. solus inde cum discipulis in Zecchiam 67, 29. inde ad Sogdaeos superiores 67, 34. inde Bosporum urbem 68, 3. inde Theudesium 68, 13. inde Chersonem 68, 16. ubi satis diu versatus 68, 21. inde Bosporum redit 68, 22. inde navi Sinopen trajicit 68, 23. inde Byzantium 68, 27. inde Heracleam Thracine, ubi versatus aliquamdiu 68, 31. urbes inde Macedoniae adit 68, 33. inde Patras Peloponnesi 69, 2.

Acta ejus praeter ea quae habes

sub 12. Sinopen ab iusnia noctu ingressus, et carcerem miraculose 48, 32. αὐτομάτως patentem 50, 27. iudc Mattbiam ad necem servatum educit 48, 33. captivos qnod fidei credidissent, una eductos 48, 33. quibus postridie moriendum fuerat 50, 28. septeudecim 50, 31. extra urbem abscondit 49, 1. per 7 dies docet, octava nocte baptizat 49, 5. — Amisi iu Synagoga Herodianos (v. sub 23) Sabbato refellit (v. sub 5) 51, 22. Jesnm adnuncians 51, 28.— Nicaeae Christum praedicat 56, 19. docet, baptizat per biennium 65, 1. Mentientibus Nicaenis, quod fidei se crederent 57, 2. abiens ipse cum duobus discipulis, draconem praegrandem, qni 9 millibus ab urbe inhabitabat perniciosus, oculis ferreo sno bucnio perfossis enecat 57, 5. qno facto multi crediderunt 57, 12. Suffectis iu iocum draconis 8 latrouibus, rogatns propter bomicidia a civibus, abiens, duos ex iis daemouiacos, in se irruentes, sanos restituit 57, 18. quos ei venerautes adstare ceteri videntes, armis abjectis ad pedes ejus proruunt 57, 22. qui filiorum nomine recepti 57, 27. admoniti, edocti, post aliqnos dies baptizantur 58, 8. Rediens, iu rupe idoli Dianae, quam multi daemones transiri vetabant, munsit cum discipulis, daemouibus aufugientibus 58, 14. idolo dejecto Crucem constituit 58, 18. Cum discipulis profectus, draconem et daemones ex sylvestri quodam idoli Veneris ioco pellit oratione sna 58, 24. — Nicomediae fratres coufirmat 65, 13. — Cromnae, nt advenit, Judaeis in enm nniversis insurgentibus 65, 24. trahitur, ispidatur, morditnr 65, 28. semivivus extra urbcm projicitur 65, 34. ei vero Dominus apparet, suam potestatem addens 65, 35. et digitum morsn abscissum restitnit 66, 2. redenntis in urbem patientia et mansuetudine flectuntur 66, 4. verbnm Christi recipiunt 66, 8. — In Zecchia quominus a barbaris incolis interficeretur, sola obfnit piae conversationis veneratio 67, 32. — Sogdaei Verbum cum gaudio receperunt 68, 2. — et Bosporns urbs cito 68, 5. — et Thendesiue pnuci 68, 15. — Sinopenses, denuo praesens 68, 24. et inde ecclesias usqne ad Byzantium, confirmat 68, 26. — Patris, qunm Maximillam ex morbo letati restituisset, milie anreos sibi qussi medici a marito Proconsule mercedem oblatam respuit 70, 6. cujus, servo fratris sanato, omnis domus, solo ipso, qui Romae peregre erat, excepto, couversu in fidem baptizatur, cum magnu multitudine 72, 6. qni semper Apostolo et discipulis aderant, prae gaudio 72, 9. cobortanti ad perseverantiam eos per diem et noctem 72, 10.

Miracula ejus. Antiochiae et usque ud Tyanam, ipse et Petrus, miracula operantur, multos convertunt 47, 3. — *Mortuos tres* suscitat redivivos. Tyanae unum, ipse cum Petro 47, 6. Chalcedone Callistum 65, 15. Cromnae trncidatum iu media nrbe, maritum mulieris plangentis, precatns, Christo invocando 66, 10. binc multis credentibus, Verbum Domini evalescit 66, 15. — *Daemones* — regionis Sinopeusis, ut uterque Ap. in extrema insulu deversatur, metu ncti famam statim ad aures bominum perferunt discipulornm Jesn 48, 5. nrbis Nicaeae, aufugiunt, vim sibi a Jesn Galilaeo clamantes per discipulos ejus inferri 58, 17. tanqum corvi, a rupe idoli Dianae, iocum S. Andrea obtinente 58, 14. cum dracone, ex nemore idoli Veneris, orante Andrea, cruce signato ioco 58, 24. — *Daemoniacos*, Amisenos, protestutos, qnum primum adducerentur ad enm, se persequutum venisse discipnios Jesu 52, 28. postqnam sermone ostendit, quomodo ad verum Deum accedendum sit 52, 33 sq. congestos postridie seorsum collocat 54, 4. tumultuantes compescit solo Obmutescite, et subsistnut 54, 7. perductos ad se, daemonibus, solum indignando cum truci vultu, exuctis, salvat omnes 54, 18. item Nicaenos duos ex 8 iatronibns 57,

14. Personae

quarnm est conjnnctio cnm rebns in ceteris locis, ant solum mentio.

nas in litteras incubuit 71, 26. Patras redit, fratre Romam profecto 71, 28. furentem videns Alcamanam, affligitur *usque ad mortem* 71, 31. *Num hic non indignari potes, quam vana levitate gravissima dicta Scripturae profanis pro re nata adhibeantur? hic illud ex passione Christi Matth.* 26, 38. *Marc.* 14, 34 *et alias innumera in usum sui praeposterus convertit.* Andream convocat 72, 1. quem videns daemonem in nomine Christi ejecisse, credit cum omni sua domo, et baptizatur 72, 6. et hortante Andrea, virginalem castitatem spondet Deo 72, 13. 25. miraculose admissus in carcerem Andreae cum fratribus et Maximilla, accuratissime occlusum et custoditum, communione mysteriorum post sermones Apostoli fruitur 73, 28. et legitur ab illo episcopus 73, 29. Andream ad supplicium trahentibus tanquam criminalem lictoribus intervenit 74, 17. plectens eos multa et tunicas lacerans 74, 21. protestatur, verbis Apostolicis se ira prohibitum in Proconsulem ipsum vertenda 74, 23. manu arrepta Apostolum ad locum supplicii ducit 74, 29. convicia fundens in fratrem 75, 15. monitis vero Apostoli mitigatur 75, 16. cui demum ad crucem alligato colloquitur 76, 29. absoluturo eum proconsule gaudet 79, 4. Fratris, postquam is misere periit, respuit adire haereditatem 81, 20. tanquam abominandam 81, 24. Christo salvatori servum se et sua omnia devovet 81, 26. — *Maximilla* uxor Aegeatae, Ap. Andream, quod paralyticum sanitati reddidisse, percontata per ministram sibi fidam 69, 11. morbo deinde ipsa laborans usque ad mortem 69, 20. arcessit 69, 22. cujus sibi manu imposita, sudans subito sanatur 70, 1. Posthac converso ad fidem Stratocle, et ipsa baptizatur 72, 7, conjuge Romam profecto 71, 24. virginitatem spondet Deo 72, 14. 25. nunquam ab Andrea discipulisque recedit 72, 16. reducem maritum morbo simulato a se prohibet 72, 21. postmodum sibi accubiturum repellit 72, 22. nec supplicium minato deceptoris sui cedit 72, 31. carcerem adiens ab Andrea ad perseverantiam firmatur 72, 33. hinc morte et sibi imminente 73, 4. in carcere Andream consulens 73, 7. commonita, Pauxillum patiare ut aeterne gaudeas 73, 11. marito se proditurum negat σωφροσύνην suam 73, 15. in carcere mysteriis participatur (vide supra) 73, 28. vitae ejus parcitur a marito 74, 3. pendenti in cruce Andreae adstat 79, 3. mortuum ipsa accedens solvit cruce 81, 2. prope littus sepelit 81, 4. ibi sejuncta marito, occlusa permanet 81, 5. instanti non obsequuta, ut domui ejus iterum praeesset 81, 8. vitam cum Ephidamia religiosam degit 81, 12. — *Ephidamia* fida Maximillae ministra 69, 11. 19. femina cordata 69, 12. missa ad percontandum Andream 69, 11. ad eum perducta a Sosio bospite 69, 16. procumbens ad illius pedes, audit, et refert ad dominam 69, 17. missa posthac a moribunda, Andream arcessit 69, 22. cum Maximilla miraculo viva, baptizatur 72, 8. pendenti in cruce Andreae adest 79, 3. post exitum ejus, vitam cum Maximilla religiosam degit 81, 12. Apostolo et fratribus ministrans usque ad extremum spiritum 81, 14.

Qui Apostolos *hospitio* receperunt, Tyanae *Onesiphorus* 47, 6. Amisi *Domitianus* 51, 9. uterque Judaeus. postremo Andream *Sosius* civis Patrarum 69, 5. sanatus ab illo ex morbo letali 69, 6. discipulus ei exstitit 69, 14. Ephidamiam docet Verbum Dei, et ad Apostolum perducit 69, 15. — *Episcopi* ab Apostolis creati, *Marcianus* et *Pancratius* Siciliae, a Petro et Paulo in Phrygia 56, 1. ab Andrea autem, *Apion* Odyssopolis 56, 14. *Dracontius* Nicaeae 65, 6. qui postea martyr diem obiit 12 mensis Maji 65, 7. *Tychicus* Chalcedonis 65, 18. *Philologus* Sinopes 68, 25. *Stachys* (idem fortasse Astachys, v. sub 12) Byzantii 68, 28. *Stratocles* Patrarum, in

carcere iectus 73, 29. — Episcopus praeterea *S. Anthimus* Nicomediae 50, 14. denuo S. Anthimus 10, 23. — *Avgarus*, apud quem quatuor Apostoli, Hierosolymis profecti versantur 67, 16. *inter quos unus Thaddaeus est, de quo et de illo, principe Edesseno, Eusebium evolve in h. e. urbs vero illius per solum ἐκεῖ indicatur, adeo celebri nomine ipse fuisse videtur. habes Edessam sub* 18. — *S. Helena* (imperatrix) quomodo Crucem Christi, et exitum, quo loco evenisset, S. Virginis (utique sctam Sion) repererit 2, 21.

Hyrcanus sacerdos et rex Hebraeorum 45, 23. sublatus ab Herode M. 51, 20. v. de eo Josephum Ant. 15. — *Herodis* regis, filii Antipatri 45, 26. servi sacerdotis Ascalonitae (v. sub 5) 51, 23. simulatque Christi causa infantes trucidavit, eversa sunt quae domi erant carissima. uxorem et suos ex ea filios, et alium tertium interfecit, ipse putredine corporis consumtus est 26, 10. vide et Herodianos sub 23. — (*Herodes* ὁ σκωληκόβρωτος Act. 12, 23. qui Jacobum Ap. occidit 42, 1.) — *Philippus* tetrarcha, filius Herodis M. Bethsaidam condidit 45, 26. — Caesares, *Tiberius*, *Cajus*, *Claudius*, non prohibuerunt, quominus multi magistratuum fidei crederent et baptizarentur 55, 4. *Nero*, ad quem Aegeata contendit, qui Andream crucifixit 71, 25. *Domitianus* rex Romae 27, 18. persequendis Christianis abstinuit 28, 8. *Trajanus*, sub quo Nicaea moenibus cincta est 56, 17.

Panther 15, 10. 12. 18. 16, 1, et *Barpanther* 15, 12. *adsumta genealogiae Virginis frustra nomina majorum.* Mariam et μνηστευσάμενον eam Joseph, fuisse ex fratribus natos (v. sub 6 et 9) 16, 4. Mariam enim filiam natura τοῦ Joachim 16, 2. Joseph vero filium lege τοῦ Eli 15, 24. fratres autem Joachim et Eli 15, 29. 16, 13. (arrige aures) ἐκ πατρὸς τοῦ Πάνθηρ 16, 1. *Utique* ἐκ πατρὸς *uterque* ἑνός. *dixerat vero, Eli natura filium fuisse* τοῦ *Melchi, cujus frater ex patre Levi, esset Panther, ex quo genitus sit Barpanther, et ex hoc Joachim. itaque, si ex patre uno, Joachim et Eli ex patre Melchi. Cur igitur ista portenta addit ex recessu irrisor Judaeus? bene enim inter se cohaerent, quomodo supra* (*v. sub* 6) τὸν *Jacob Matth.* 1. *et* τὸν *Eli Luc.* 3. *fratres fecerat, et Josephi patrem utrumque. prorsus uti apud Eusebium Julius Afr. sed ab illis in vanum inventis et adspersis destruerentur rursus, nisi tam inconsiderate ficta videres, ut textum malles turbatum dicere.* — *Salome obstetrix* 16, 11. 24, 22. *ficta, v. Myrigeras sub* 6. — *Zebedaeus* quasi dictus a Zebede vico Galilaeae 33 nota 1. sui proprio 34, 5. 35, 18. — *Zoker* et *Jacobus* filii S. Judae fratris Jesu 28, 7. *adficta iis nomina, quos sine nominibus, et ejusdem Judae nepotes habet Eusebius in h. e. quod illis matrem dat, eam quae in S. S. est Maria mater Jacobi minoris et Josis Marc.* 15, 40. *coadfingendum erat cognomen Joses.*

15. Sanctorum reliquiae.

Adae sepulcrum v. sub 16. *Rahelis* sepulcrum, quarta parte viae versus Bethlehem, sive 2 millibus a s. urbe 3, 31. *Zachariae* cruor trucidati coagulatus in Sancto Sanctorum haerens Templi Salomonis (v. sub 7 et 3) 2, 26. — *Innocentium infantum* reliquiae in specu ab occidente s. urbis (v. sub 7) 4, 21. *Lazari* sepulcrum, Bethaniae 8, 31. 10, 10. *S. Deiparae* sepulcrum v. sub 16. Ejusdem superstes τὸ ἅγιον μαφόριον (v. sub 24), documento, quod vestibus arte tinctorum ornatis non gavisa sit 20, 18. cujusmodi alia babes Hierosolymis sub 18.

Recubant, et hoc in terra sancta bi. *S. Samuël* ὁ μέγας, 16 millibus a cacumine montis olivarum versus septentrionem 10, 8. *Cyrus* et

Joannes Edessae (v. sub 18) 10, 18. *S. Gerasimus* in castello 3 millibus ab oriente Hierichuntis 10, 20. *S. Anthimus* prope monasterium S. Zosimi, inter Jordanem et Hierichuntem 10, 23. *S. Euthymius ὁ μέγας*, ab oriente Bethauiae 10, 11. *S. Georgius ὁ μεγαλομάρτυρος*. ut videtur (locus enim mancos) Diapoli, in ecclesia sua 4, 30. iu qua etiam sanguis ejus (v. sub 4) 5, 4. *SS. Cosmas* et *Damianus οἱ ἀνάργυροι*, in castro Ascolon 5, 14. — In Aegypto bi. *Climax ὁ ἐν ἁγίοις*. iu monasterio s. Rubo ad Sinam montem (v. sub 3) 7, 13. *S. Arsenius ὁ μέγας*, 6 millibus ab oriente Babylonis 6, 17. *S. Antonius* quatriduum iter a S. Arsenio versus orientem, et bidoum a mari rubro 6, 18. *Poemen* abbas, et *frater ejus*, et *multi alii SS. Patrum* in Thebaïde 7, 21. *S. Macarius ὁ μέγας*, sex dierum iter ab Alexandria versus meridiem iu mouasterio suo (v. sub 17) 6, 6. *SS. Marcus* Apostolus et Evangelista, *Athanasius ὁ μέγας*, *Troïlus*, *Joannes* misericors, *Petrus τὸ τέλος τῶν μαρτύρων*, *Apollinarius* orthodoxus, *Vitalius*, et *Quinque Virgines*. ii qnidem Alexandriae 5, 24. *S. Menas* 9 millibus ab occidente Alexandriae 6, 3. *S. Theodora*, *ἡ Θεόδωρος* vere (et *μετονομασθεῖσα* et *κατηγορηθεῖσα*) 18 millibus ab occidente Alexandriae 6, 4. — In Bithynia et Paphlagonia bi. *SS. Panteleemon* martyr 50, 12. *Anthimus* episcopus urbis 50, 14. *Indes* et *alii* martyrum 50, 15. ii quidem Nicomediae 50, 11. *SS. Zoticus*, *Anicetus*, et *Photius*, Daphnusiae 50, 16. *S. Hyacinthus* Amastride 50, 17. *S Christina* iu (oppido) Dorapen 50, 18. *S. Hypatius* Carusiae 50, 20. — In Scythia supersunt Sioopes beatorum App. *Petri* et *Andreae* mansiones 50, 22. sedilia 47, 27. 50, 23. lapideaque cubicula 47, 28. imago praemirabilis 47, 24. 50, 24. carcer quem signo crucis operuit 50, 26. fici, quo abscondidit 50, 29. littus, ubi baptizavit captivos Andreas 50, 30. Bospori urbe, Arca ad foudamenta templi S. Apostolorum contumulata, inscripta *Simonis Apostoli* 68, 7. cum reliquiis 68, 9. Nicopsi aliud sepulcrum, iuscriptum *Simonis Cananitae* et ipsum cum reliquiis 68, 10. *Quod ait ἕτερος, id velle videtur, ut qui Apostolus est Simon, idem Cananita sit. et quod ait ἕτερος τάφος. id, ut arca et Apostoli vere funeris sit. bis igitur sepultum eundem Ap. alta simplicitate venerationis candidus non curat. hinc apparet, quam parum nos priscorum mentem in genere attingamus, qui nobis irridendi aut vel fraudis abominandae veniam habemus ex nuda rei falsitate. illi enim, si non in re materiali fuit quod fuit, parum respiciebant. esse ἐκ προαιρέσεως quod esset, solum norant, quomodo imago res sua sit non in materia, sed significatu. et quod imagini dabant, id sibi imaginato dedisse videbantur.*

16. Ecclesiae sanctorum

id est Memoriae, quasi ipsi sancti sui vocantur, ad bunc modum, ὁ ἅγιος Γεώργιος 4, 30. ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος 1, 17. 2, 15. et aliae. — In terra sancta hae. *Adae*, ubi Paradisum defleverit, inter s. urbem et Hierichuntem, ab hac inde 4 millibus 10, 13. altera cum sepulcro ejus, in s. urbe infra moutem Calvariae 1, 13. *S. Deiparae*, formosissima, cum sepulcro S. Gethsemane 7, 31. *S. Georgii*, permagna, cum corpore ejus, Diapoli ut videtur 4, 30. cum martyrii ejus stipite et rota 5, 3. *S. Mariae Magdalenae*, iu oppido Magdala, ubi eam Christus sanarit, intra quam domus ipsius superest 9, 20. *Jo. Baptistae*, e regione Hierichuntis ad ripam Jordanis, ubi Christum baptizarit 10, 27. dicta ἡ βάπτισις τοῦ Χριστοῦ 11, 6. Quibus addas has. *S. Trinitas*, ecclesia magna, iu castro ad Jordanem exiguo e regione

Hierichuntis 10, 26. *Ecclesia* in ora *maris Tiberiadis*, loco quo post resurrectionem Christus manducavit, cum effigie, in qua ipse est, et prunae positae, et piscis (assus) 11, 25. *Septem fontium*, ecclesia magna, τὸ ἑπτάπηγον, in castello, loco quo Christus miraculum ediderit in 5 panibus et 2 piscibus (v. sub 7) 9, 18. Adde quas habes in s. urbe et Bethl. sub 18. — Ad Pontum euxinum hae. *S. Deiparae* tres, *auctore Ap. Andrea*, una Nicaeae, et ara ejus, refecta ex Synagoga Judaeorum 65, 4. altera Amisi, et ara ejus 55, 8. tertia oratorium ejus, Byzantii in acropoli 68, 29. *S. Andreae* Ap. oratorium in insula Sinopensi 47, 22. cum imagine ejus 47, 25. 50, 24. quam vivo adhuc Apostolo exaratam illius ecclesiae traditio asserebat aetate nostri auctoris (v. sub 4 et 15) 48, 1. *SS. Apostolorum*, permagna, Bospori urbe 68, 9. Quibus addas bas. *unam Nicaeae* dictam magnam (aetate nostri) 65, 9. *alteram Patris*, dictam magnam, ab Ap. Andrea constitutam, quae est cujus parietibus V. et N. Test. inscriptum erat 71, 19. Adde quas sub 18 et 20 habebis.

17. Monasteria.

In monte Tabor λαύρα 12 abbadum 11, 12. *monasterium*, superius a mari Tiberiadis in loco situm, quo Samaritanae mulieri Christum colloquutum putant (v. sub 7. fortasse dicto apocrypho nititur) 11, 23. *monasterium* in Cana Galilaeae, loco quo in nuptiis Christus aquam vinum fecerat 11, 16. *monasterium S. Zosimi* τοῦ μεγάλου, 5 millibus ab Hierichunte versus Jordanem 10, 22. *Domus Joachimi*, cum domo Joachimi, 4 millibus ab Hierichunte versus occidentem, et 12 fere a Bethania 10, 15. *Centum moniales*, ἔγκλεισται (v. sub 24) rectore Stylita (v. sub 3) intra cavernam fletus (v. sub 21) ὡς ἐπὶ τῶν μυροφόρων (v. sub 7) 8, 10. *quibus memoria Myrigerarum colenda est. Per se vero ambiguum* ἐπί. *aut quae praesunt Myrigeris, aut subaudito* κεκλημέναι, *quae nomen ferunt earum, aut, quasi aetate earum sint, cett. sed qui primo loco est, sensus praestantior. quibus id agere injunctum, quod illae egerant, i. e. Christo obiam ire. Grex*, Ποίμνιον, ab oriente oppidi Bethlehem, loco quo pastoribus Angelus visus est 4, 13. *S. Sabae* unum, *S. Charitonis* alterum, duo apud Bethlehem versus meridiem 4, 16. *Dionysii* et *Theodosii* ibidem ulterius versus meridiem 4, 18. — *S. Rubus*, ὁ ἅγιος βάτος loco quo Moses τὴν βάτον viderat flagrare et non urere, prope Sinam montem 7, 1. altera montis parte situm ac qua alterum in eo cacumen est 7, 16. *S. Macarii* 1000 abbadum et 1000 cellarum 6, 8. quod per se oppidum facit 6, 9. iter 6 dierum ab Alexandria distans versus meridiem, in quo ipse recubat 6, 6.

18. Urbes et terrae.

Cyprus, petenda ei, qui in s. urbem contendat 1, 6. — *Syriae, Antiochia* 47, 2. 55, 33. — *Tyrus* a Cypro inde petenda, distans in septentrione iter octo dierum a s. urbe 1, 7. — *Hebraei*, populus quidem, sed quoad Religionem, Patriarchis revelatam, patriam habent 48, 11. 53, 1. 45, 23. — *Galilaea* in regione a mari Tiberiadis superiore videtur versus occidentem non cis Jordanem patere 11, 18. *Cana* ἡ πόλις ἡ μεγάλη τῆς Γαλ. iter diurnum a monte Tabor 11, 15. *Tiberias* castrum 9, 24. urbs in ora maris Tiberiadis 11, 8. iter quatriduum a loco distans Christi in Jordane baptizati 11, 6. *Nazaret* 32, 6. a Tiberiade 18 millibus 9, 28. iter diurnum a mari Tiberiadis versus occidentem 11, 29. *Capernaum* 33, 12. χωρίον, quod (saltu tamen ultra quam quatriduo)

a specu inde S. Jo. Baptistae aditur 9, 9. in quo Christus Deus noster habitabat 9, 10. *Magda* 34, 22. vel *Magada* 34 nota 15. *quo nomine alias ignoratur.* vel *Magdala*, 4 millibus a Capernaum versus Tiberiadem 9, 21. *Vulgo trans Jordanem rejicitur in mediam Decapolin. sed apud Josephum in vita ejus, quarta parte perlecta mox habes Μαγδαλὰ τὸ φρούριον ἐξαιρήσοντες. quam contextus a Gamala non nimis remotam evincit, altera ea, quae ad montem Carmel est versus Ptolemaïdem sita. altera enim in Gaulanitide Ant.* 18, 1.*sane igitur cis mare Tiberiense et Magdala.* *Castellum *ecclesiae Septem fontium* 2 millibus a Capernaum distans (v. sub 16) 9, 17. *Bethsaïda* civitas Galilaeae 30, 9. denno condita a Philippo Tetrarcha 45, 25. *Urbs Galilaeae quaedam* 32, 16. lectio, **Zebede* 33 nota 1. **Scara* urbs, qua orinndus Apostolus proditor, lectio 35 nota 15. — *Peraeae*, urbs *Pella* 40, 13. *intra Decapolin sita seq. Plinium lib.* 5. *Gadarae vicina seq. Ptolemaeum.* **Edessa* a Hiericbunte 6 millibus versus septentr. 10, 18. *itaque alia sane, si mensurae fidem habes, atque Avgari urbs (v. sub* 14) 67, 16. *quae enim apud Eusebium Edessa est, usque ad Taurum montem a Judaea distat. nomen satis patrium Judaeae.* — *Desertum Jordanis*, ubi Joannes baptizabat 30, 20. ubi Jesus tentatus sit 30, 26. *Bethabara χωρίον* trans Jordanem, ubi populum Joannes docens, Christum baptizaverit 30, 23. lectio Betharaca 30 nota 14. *est cui antiquissimae in Gideone fama erat, Beth-Bara ad Jordanem, Jud.* 7, 24. *ὁ, Βαιθηρά. in ipso Evangelio, ex chaldaïsmo, Βηθαβαρά Joh.* 1, 28. *lectio rursus ad modum τῶν ο΄, Βηθαρά. et hinc quae in nostro accessit lectio. ab hebraea autem veritate propius, Hieronymo Bethbaara.* — *Judaea* in qna Bethlebem, altior sita qnam Galilaea, in qna Nazaret est 23, 18. *Hiericho* circiter 16 millibus a Bethania versus orientem 10, 17. *Hic quidem consentit ferme cum Josepho, qui de bello jud.* 4, 27. *Hierichuntem ab Hierosolymis* 150, *a Jordane* 60 *stadiis abesse docet. hinc enim fere* 19 *millia erunt, si singula octonis stadiis aequivalent. parum fidae vero nostri mensurae infra in Emmaunte esse videntur. quam ultra montem Carmel (v. sub* 20) *tot millibus removet, quot supra in Nazaret unius diei iter facere dixerat. quo accedit, quod ipse mons sequundum illum tertia parte diurni itineris Hierosolymis abest.* Bethania 2 millibus ab oriente montis olivarum (v. sub 20) 8, 30. 24. alio modo solum uno miliario 10, 9. videlicet ab oliva arbore, via declivi 8, 30.

Hierosolyma 55, 28. 67, 13. sancta urbs 1, 8. habet Domini s. sepulcrum 1, 9. locum Calvariae 1, 10. gradns 36 altum 1, 12. sepnlcrum Adae 1, 13. hortnm Josephi (Arimathaeï) 1, 14. carcerem, in qno Jesum occlusum fuisse dicit 1, 15. portam S. Constantini 1, 17. cum simulacro S. Virginis 2, 15. templum, in qno est poculum aceti et fellis, Cbristo porrectum 1, 19, et hoc quasi silex prasinus argento vestitus 1, 21. et pelvis, ex quo pedes Apostolorum laverat 2, 2. et passionis suae lancea, spongia, arundo, et corona de spinis 2, 4. item linteum, in qno universa animalia contineutur, mnnda et immunda, ad instar illius confectum, qnod S. Petrus (Act, 10, 11) viderat 2, 6. Habet aedes Patriarchi, et ecclesiam 2, 11. domnm Josepbi (Arimathaeï) 2, 19. aedem quadricolumniam loco quo S. Virgo defuncta est 2, 20. probaticam piscinam (v. sub 6) 2, 23. templum Salomonis (v. sub 3 et 7) 2, 27. et turrim Davidis 2, 29. ecclesiam τὸ λιθόστρωτον, parvam 2, 31. sctam Sion domum Dei (v. sub 10) 2, 33. et domum Pilati, Hannae, Caïphae, et Caesaris 3, 18. Habet prope extra moenia, ecclesiam amare flentis Petri 3, 21. alterins, piscinam Siloam 3, 23. agrum figuli (v. sub 3)

3, 25. et τοὺς μοίρχας (v. sub 24), in quibus Judas laqueo periit 3, 28. S. Getbsemanem, sepulcrum S. Deiparae, ad orientem urbis prope 7, 30. et caveruam fletus prope illam (v. sub 21) 8, 14.

